DE POLYBII ARCHETYPO

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

IN

UNIVERSITATE RUPERTO-CAROLA HEIDELBERGENSI

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

RITE CAPESSENDOS

SCRIPSIT

RUDOLFUS WIELANDT

CONSTANTIENSIS

CONSTANTIAE
IN AEDIBUS STADLERI
MDCCCLXXXVII

DE POLYBII ARCHETYPO

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

IN

UNIVERSITATE RUPERTO-CAROLA HEIDELBERGENSI

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

RITE CAPESSENDOS

SCRIPSIT

RUDOLFUS WIELANDT

CONSTANTIENSIS

CONSTANTIAE

IN AEDIBUS STADLERI

MDCCCLXXXVII

PARENTIBUS OPTUMIS

I.

Communem esse fontem eorum codicum, quibus primi quinque Polybii libri continentur, iam Hultschius (quaest. I. pag. 3) coniecit ex duobus locis (pag. 2 versu 30 et p. 3, v. 19), ubi eisdem lacunis codices AMR laborant. Atque in editione sua et in Fleckeiseni annalibus 1867 idem vir doctus de codice quodam archetypo saepius verba facit, cuius versuum magnitudinem eandem fuisse quam codicis Vaticani A argute probavit (de qua re extrema huius dissertationis parte agam). Fusius vero rationem, quae inter codices Polybianos intercedit, novissimus Polybii editor Büttner-Wobstius praefactionis pag. LXXII ita definivit: „Omnium ... codicum ... unus est fons: codex archetypus ante saeculum decimum conscriptus neque lacunarum neque glossematum expers, e quo descripti esse videntur vetustissimi illi libri Vaticani (AM). Ex Vaticano (A) denuo et Florentinus (B) et Urbinas (F) fluxit; recentissimi et multis emendationibus contaminati sunt codices Bavaricus (C) Augustanus (D) Regius A (E) etc.“

Quorum codicum communem esse fontem compluribus exemplis demonstravit.

Mihi quidem iam prius quam Büttneri editio mihi praesto esset, persuasum erat omnes omnino Polybii codices et librorum quinque primorum, qui integri servati sunt (AR), et excerptorum Constantini Porphyrogenneti (MNOPQ) et excerptorum, quae codice Urbinate (F) continentur, ad unum archetypum referendos esse. Quod dubium esse nequit his spectatis locis:

Eisdem lacunis AMR pag. 2,30 et p. 3,19 laborare iam supra vidimus.

Item communis lacuna invenitur pag. 188,23, ubi AMR tradunt: *ἐπεὶ δ'οὐκ αὐτοτελεῖς εἰσιν οὔτε περὶ τῶν κρατησάντων ἐλαττωμάτων*, Casaubonus coniecit *οὔτε περὶ τῶν κρατησάντων οὔτε περὶ τῶν ἠλαττωμένων*, Hultschius *οὔτε περὶ τῶν κατορθώσεων οὔτ' ἐλαττωμάτων.*

Pag. 342,24 *τὴν μουσικὴν παραλαβεῖν* Athenaeus, omiserunt AFR.

Pag. 351,15 *μή* omiserunt AFR.

Neque vero communes interpolationes desunt (de quibus postea plura dicenda erunt). Exempli gratia proferam pag. 360,27, ubi *δὲ* ante *διὰ* in ARN additum recte delevit Schweighaeuser.

Communium autem mendarum exempla sunt permulta, ex quibus haec tantum affero:

Pag. 43,23 recte corexit Regius *ἁπάντων* pro *ἀπὸ πάντων* AMR.

178,8 Schweighaeuser coniecit *ἐπιμένων* pro *ἐπικειμένων* AFR (quod certe falsum est).

368,10 *ὅταν . . . ἐκλύεται* AFR, corr. *ἐκλύηται* D.

387,1 *ἐπίπαν* AFB, *ἀπεῖπον* CDE, corr. Be. *ἀπεῖπαν*.

394,6 *παρὰ τὰ* recte E^2, *περὶ τὰ* APR.

413,6 *πολιτεύμασι* recte E^2, *πολέμοις* $APBDE^1$.

429,26 pro *ὧν ἦν καὶ*: *ἦν ἓν καὶ* C (qui saepe coniecturas protulit), *ἤνεγκε* AP, *ἤνεγκε* FR.

430,21 *ἀκουσίως* AMPFR, correxit *ἀκουσίων* C^2, ut videtur (conf. versu 24 *ἑκόντων*).

515,14 *ὡς* (certe falsum) AMFR, *ᾧ* Reiskius, *ὅσῳ* Schweighaeuser.

823,1 *ἀλλ' ἀπρὶξ* egregie coniecit Valesius pro *ἀλλὰ πρὶν* PF (*ἀλλὰ* Suidas).

Ex eis, quos attuli, locis satis apparet omnes codices ad unum archetypum referendos esse, qui multis iam mendis depravatus erat. Nam casu factum esse, ut in diversis codicibus tot loci eundem in modum corrumperentur, credibile non est. Qua de causa de codice quodam archetypo optimo iure editores verba fecerunt, cuius proprietates hac dissertatione tractandas mihi proposui.

II.

Si primos quinque libros spectamus, in codice A, qui optimus est Polybii codex, multis locis varias scripturas invenimus prima manu scriptas. Quas Vaticani A librarium ex suo ingenio addidisse per se verisimile non est, cum constet illum mira cum fide exemplar suum descripsisse. Deinde cum etiam in excerptorum codicibus, quos ex eodem fonte atque Vaticanum fluxisse vidimus, permultae variae scripturae inveniantur, veri simile est etiam codicis Vaticani A varias scripturas ad archetypum referendas esse. (Conf. Hultsch. Fleckeis. ann. 1867 pag. 290: es standen ... schon im Original doppelte Lesarten, teils Verbesserungen nach einer andern alten Handschrift, teils Conjecturen. Diese giebt A[1] wieder, teils indem er die zweite Lesart über die erste, teils indem er beide neben einander in den Text schreibt).

Atque primum quidem in codice Vaticano multos locos invenimus, ubi scripturae per calami lapsum aut errorem librarii non recte descriptae correctae sunt:

Pag. 40,7 *τηλικαύτην ἐποίει διαφορὰν παρὰ τὴν τῶν πρότερον στρατηγῶν ἀπειρίαν*: *πρότερον* et *προτέρων* A per dittogr., *προτέρων* R, correxit *πρότερον* Hultsch., conf. pag. 7,26 *τῷ πρότερον ἔτει τῆς τῶν Γαλατῶν ἐφόδου* AR. 306,18 *τοὺς ἐκ τοῦ πρότερον ἔτους ἄρχοντας*. 612,1 *ὡς οὐδενὶ τῶν πρότερον βασιλέων*. 1164,7 *τῇ πρότερον αὐτοῦ συστολῇ*.

Pag. 78,22 *διόπερ ἅμα τῷ συλλεχθῆναι πάντας εἰς τὴν Σίκκαν* R, *σύκκαν* et *σίκκαν* A per dittographiam. Conf. vers. 10, ubi *σι*καν* (sine accentu) A, *σικελίαν* BDE, corr. CE[2] et pag. 77,29 *εἴς τινα πόλιν τὴν προσαγορευομένην*

Σίκκαν. Itaque veri simile est *σίκκαν* in archetypo recte superscriptum fuisse verbo *σύκκαν*.

Pag. 159,13 *περὶ δὲ πίστεως καὶ χάριτος ἀποδόσεως ῥᾳθυμεῖν αὐτὸν ᾤοντο δεῖν· τῆς γὰρ χρείας ἐπιτελουμένης αὐτὸν εὑρήσειν τὸν Ἄρατον εὐδοκουμένας ἀμφοτέροις ὑπισχνοῦντο πίστεις*: *αὐτῶν* et *αὐτὸν* A per dittographiam, *αὐτῶν* DE. Hoc quoque loco *αὐτῶν*, quod falso ad *τῆς χρείας* tractum esse videtur, recte per *αὐτόν* correctum est.

Pag. 146,26 *ἐπειδὴ περὶ μὲν ταύτην ὁλοσχερὴς ἐπαναίρεσις, περὶ δὲ τοὺς Ἀχαιοὺς . . . παράδοξος αὔξησις . . . γέγονε*: *ταύτησν* A[1] expressa archetypi dittographia, ut Hultschius adnotat; sed incertum est, num haec correctio ad archetypum referenda sit. Conf. 148,18 *γενομένου κινήματος ὁλοσχεροῦς περὶ τὰς πολιτείας* et 154,21 *ὁλοσχερεστέρας δὲ γενομένης αὐξήσεως . . . περὶ τὸ ἔθνος*.

Pag. 189,15 *οὔτε γὰρ πολεμεῖ τοῖς πέλας οὐδεὶς . . . οὔτε πλεῖ τὰ πελάγη*: pro *οὔτε* priore loco A habet *οὐδε* et *ουτε* (sine acc.) per dittographiam.

Pag. 208,11 *ἵνα μή, οἷς καθήκει καὶ διαφέρει τὸ σαφῶς εἰδέναι τὴν ἐν τούτοις ἀκρίβειαν, παραπαίωσι τῆς ἀληθείας*: *καθήκει* et *καθήκη* A per dittogr., *καθηκει* E[1]DN, *καθήκη* E[2]C. Recte in archetypo librarius pro *καθήκη* correxit *καθήκει*. Conf. pag. 202,2, ubi *κλεομένη* et *(κλεομεν)ει* scripturae in A leguntur.

Pag. 266,1 *ἅμα τῷ συνιδεῖν διαβεβηκότας τοὺς Ῥωμαίους τὸν ποταμὸν προβαλόμενος ἐφεδρείαν*: *προβαλόμενος* F[s]CE, *προλαβόμενος* et *προβαλόμενος* A per dittogr., *προβαλλόμενος* BD. Apparet recte a librario *προβαλόμενος* pro *προλαβόμενος* correctum esse. Atque compluribus etiam aliis locis verba *λαβεῖν* et *βαλεῖν* iam in archetypo mutata esse videntur. Conf. 196,13 *συνεβάλετο* recte B[s]Re., *συνελάβετο* AR. 298,12 *κατεβάλετο* A[1], corr. *κατελάβετο* A[2]. 260,4 *περιλαβὼν* Schweighaeuser pro *περιβαλὼν* AR. 985,1 *ἐπιβαλέσθαι* FD Suid., corr. *ἐπιλαβέσθαι* Ursinus. 1213,15 *λαβεῖν* Ursinus pro *βαλεῖν* O(U).

Pag. 266,23 *συνεπλεκειισαν* et *συνεπλεκησαν* A per dittogr.

Pag. 274,15 *ἐξ ὧν πολλοὺς αὐτὸν ὑπελάμβανε παραδώσειν καιρούς*: *αὐτῶν* et *αὐτὸν* A per dittographiam.

Pag. 277,6 *ὑπὸ τοὺς ἐν δεξιᾷ βουνοὺς τῶν παρὰ τὸν αὐλῶνα κειμένων*: *των* et *τὸν* A per dittographiam.
Pag. 299,20 *ὁ γὰρ Ἀννίβας διαγωνιάσας τοὺς Ῥωμαίους*: *διαγωνισας* et *διαγωνιάσας* A per dittogr. Conf. 302,3, ubi recte *διαγωνιάσας* AR tradiderunt.
Pag. 357,1 *ἢ δουλεύειν ἠναγκάζοντο τούτοις ἀχθοφοροῦντες ἢ φεύγοντες τὴν δουλείαν ἀνάστατοι γίνεσθαι, λείποντες τὴν χώραν μετὰ τέκνων καὶ γυναικῶν*: *φεύγοντες* M[s]R, *φεύγοντες* et *φεύγοντας* A per dittographiam, *φεύγοντας* B, *φεύγοντας ἔδει* coniecit Schweigh., *ἀνάστατοι* M[s]Re., *ἀναστάτους* AR, *λείποντες* M[s]Re., *λειποντας* (s. acc.) A(R).
Pag. 403,29 *ἐφ' ᾧ μὴ ποιεῖν κλεομένει [τὸ] προσταττόμενον*: *κλεομένει* et *κλεομένη* A per dittogr. Conf. 208,11.
Pag. 449,26 *Πτολεμαῖον ὃς ἦν ἔτι λοιπὸς τῆς τῶν περὶ Λεόντιον ἑταιρείας*: *λοιπὸν* et *λοιπὸς* A per dittogr., *λοιπὸν* DE, *λοιπὸς* BC.
Pag. 453,4 *σελῖσιν* et *σελίσιν* A per dittogr. *τὸν Ῥωμαίων καὶ Καρχηδονίων πόλεμον*: *τῶν* et *τον* A per dittogr., *τῶν* F.
Pag. 471,3 *συμφερώτερα* et *συμφορώτερα* A per dittogr. *συμφερώτερον* compluribus locis in archetypi contextu fuisse videtur, sed hoc tantum loco correctum; conf. 160,24 *συμφορώτερον* correxit Scaliger pro *συμφερώτερον* AR. 1195,13 *συμφερώτερον* M, corr. *συμφορώτερον* Geelius.

In eis dittographiis, quas attulimus, semper falsam quandam scripturam atque correctionem additam invenimus. Aliis locis utraque scriptura intellegi potest.
Pag. 251,27 *τιβέριον* et *τεβέριον* A per dittographiam. Simili modo pag. 261,23 *τιβέριος* et *τεβέριος* A per dittogr., item pag. 268,24. Utraque forma tradita est, ut 260,5 *τιβέριον* (AR), 260,22 *τιβερίου* (AR); sed etiam *τεβέριος* in codice A invenimus, ut 262,4 *τεβέριος* A, item 262,18, 263,2, 265,10. Itaque Dittenberger (Hermes VI. pag. 134) formam *τεβέριος* Polybianam esse constituit.
Pag. 335,27 *παρακαλεῖν αὐτοὺς βοηθεῖν κατὰ τὰς ὁμολογίας*: *αὐτοῖς* et *αὐτοὺς* A per dittogr.; *αὐτοῖς* cum *βοηθεῖν*

coniunctum esse videtur, sed cum *παρακαλεῖν* obiectum desideret, *αὐτοὺς* tenendum est. Conf. 341,14 *παρεκάλει τοῦτον βοηθῆσαι τοῖς Ἀχαιοῖς*. 889,15 *παρακαλῶν αὐτὸν βοηθεῖν καὶ συνεπιλαμβάνεσθαι τοῦ καιροῦ.*

Pag. 443,29. *χωρίον ἐπίπεδόν ἐστι καὶ γεῶδες καὶ κάθυγρον*: *κάθυγρον* et *κάθυδρον* A per dittographiam.

Pag. 469,26 *διὰ τὸ φυγεῖν τὴν ἔφοδον αὐτοῦ καὶ τοὺς περὶ τὸν Ζεῦξιν ἐγκρατὴς γίνεται καὶ τῆς τούτου στρατοπεδείας*: *τούτου* et *τούτων* A per dittographiam, *τούτων* BDE margo C, *αὐτοῦ* C in contextu. *τούτου* vera est lectio, conf. ead. pag. v. 2 *οἱ δὲ περὶ τὸν Ξενοίταν* et v. 24 *Μόλων δὲ κυριεύσας τῆς τοῦ Ξενοίτου παρεμβολῆς.*

Aliis locis utraque varia scriptura falsa est, ut

Pag. 260,10 *τὸ δὲ τῶν Κελτῶν πλῆθος τὸ τὰ πεδία κατοικοῦν συνεξεστηκὸς ταῖς τῶν Καρχηδονίων ἐλπίσι*: *συνεξικὸς* et *συνεξηκὸς* A per dittogr., *συνεξηκὸς* R, *συνεστηκὸς* scripsit Schweighaeuser, *συνεξεστηκὸς* scribendum esse censuit idem, recepit Hultschius recte, cum *συνίστασθαι* simili locutione apud Polybium non inveniatur, sed *συνεξίστασθαι* legatur 222,6 *ἐκθύμως δὲ τῶν ὄχλων αὐτῷ συνεξισταμένων*. 460,1 *οὐδενὸς δὲ προσέχοντος αὐτοῖς οὐδέ συνεξισταμένου.*

Sed quomodo Vaticani variae scripturae ortae sint, difficile intellegitur. Fortasse in archetypo super *συνεξικὸς*, quod in contextu ex vera scriptura corruptum erat, scriptum fuit emendandi causa *στηκος* i. e.:

ΣΤΗΚΟΣ
ΣΥΝΕΞΙΚΟΣ, cuius scripturae litteras *ΣΤ* omisit codicis Vaticani scriba ita ut variae lectiones *συνεξικὸς* et *συνεξηκὸς* orerentur.

Duo loci separatim commemorandi sunt:

Pag. 21,9 *πέντε μὲν οὖν ἴσως μῆνας ἐπὶ τῶν αὐτῶν διέμενον*: pro *ἴσως* exhibet A *ἴσο*υς*, quod ex *ἴσωυς* ortum esse atque archetypi varias scripturas *ἴσως* et *ἴσους* significare probabiliter Hultschius coniecit. Fortasse in archetypo *ἴσους* (ω superscriptum) scriptum erat.

Pag. 144,29 *λαμβάνων πρὸ ὀφθαλμῶν τὸ παράδοξον τῶν τότε γενομένων καὶ μνημονεύσας*: *μνημονεύσ∞ σν* (∞ ex *α* facto) A diligenter expressa, ut Hultschio videtur, dittographia *μνημονεύσας* et *μνημονεύων*, quae fuit in archetypo (Puncta secunda manu addita sunt, conf. Hultsch. Fleckeis. ann. 1867, pag. 290). *μνημονεύσας* vera est scriptura, super quam propter antecedens *λαμβάνων* participium praesens falso scriptum esse videtur.

Omnes, quas attuli, Vaticani A varias scripturas ex archetypo originem ducere veri simile est. Praeter quas in Vaticano etiam aliae emendationes prima manu scriptae leguntur, ubi non totum vocabulum, sed singulae litterae superscriptae inveniuntur. Sed singula componamus:

Pag. 265,22 pro *προσαναβεβηκότος*: *προαναβεβηκότος* A[1], *σ* superscripsit ead. manus.

Pag. 336,1 *δεήσει* AR, sed in A prima statim manus diphthongo *ει* perscripta *οι* correxit prius quam proximum vocabulum exaravit (ut Hultsch. adnotat).

Pag. 338,18 pro *αἱρουμένους*: *αἱρομένους* A[1], *υ* supersc. ead. m.

Pag. 340,17 *καὶ τοῦ* APR, sed *καὶ* prima manus in A punctis notavit.

Pag. 390,1 *φο τείαις* (*ι* superscr.) A, i supersc. ead. m., *φοιτείαις* R. conf. pag. 389,17.

Pag. 399,7 *τὴν μὲν ἐνδομενίαν ἅπασαν*: *ἐνδυμενίαν* (*ο* superscr.) A (*ο* supersc. ead. m.) C, *ἐνδυμένιαν* C, *ἐνδυμένειαν* D, *ἐνδυομενίαν* Suid h. v., corr. B.

Conf. pag. 505,23, ubi tradiderunt *δύναμιν* AFB, *ἐνδυμενίαν* C, *ἐνδυμένειαν* DE. Jam in archetypo *ἐνδυμενίαν* in contextu fuisse videtur, deinde *ο* superscriptum, unde Suidas vel excerptor Constantini Porphyrogenneti (cuius excerpta ad hunc locum non servata sunt) varias scripturas in unum conscribens *ἐνδυομενίαν* formasse videtur.

Suidam autem ex excerptis hausisse apparet ex his locis: 455,2 *ὧν ἐγένετο πρῶτος Κλεομένης ὁ Σπαρτιάτης* AR, *ὧν ἐγένετο Κλεομένης καὶ Θεόδοτος καὶ ἄλλοι πολλοὶ*

P Suid. Pag. 460,9 *Κλεομένης μὲν οὖν οὕτω μετήλλαξε τὸν βίον* AR, *ὅτε Κλεομένης ὁ Πτολεμαίωι τῶι φιλοπάτορι ἐπιβουλὴν τεκτηνάμενος κακῶς μετήλλαξε* P, *Κλεομένης. οὗτός ἐστιν ὁ Πτολεμαίῳ τῷ Φιλοπάτορι ἐπιβουλὴν τεκτηνάμενος. ὃς κακῶς μετήλλαξε* Suidas.

Pag. 406,22 *προκαταλειφθείσης* A, *η* supersc. e. m. Jam in archetypo *ληφθῆναι* et *λειφθῆναι* saepius confusa esse videntur, conf. 261,7 *παραλειφθέντας* AR, corr. C. 33,15 *ληφθεὶς* A^1DE, corr. A^2BC.

Pag. 411,28 *ἀνατεινόμενος* PBE^2, *ἀνατινομενος* A sed *ει* supersc. ead. m., *ἀνατεινόμενοι* CDE^1.

Pag. 413,26 *ἐπείπερ οὕτως ἀχαρίστους ὑμᾶς ὁ βασιλεὺς . . . καὶ ἀγνώμονας εὑρίσκει*: *ἀχαρίστως* A, corr. ead. man. superscripto *υ* super alteram partem litterae *ω*.

Pag. 425,15 *ἀπολειπὼν* A, corr. ead. m. Jam in archetypo multis locis eiusmodi mendae fuisse videntur, conf. 163,9 *ἀπολειπὼν* A^1, corr. A^2, 168,28 *ἀπολειπόντες* A, 432,9 438,25 447,12 458,19 467,26 468,13 470,8.

Pag. 442,5 *πρῶτον* A, correxit ead. manus *πρώτους*. conf. 28,18 *τριάκοντα μὲν τὰς πρώτας συμβαλούσας ναῦς*.

Pag. 444,3 *ὥστε τὸν στρατοπεδεύσαντα . . . δοκεῖν μὲν ἐν ἀσφαλεῖ στρατοπεδεύειν*: *δοκεῖ* A, corr. ead. m.

Pag. 485,17 *κέληστες* A, corr. ead. m.

Pag. 487,15 *καθοπλισμω|σμῶν* A, priora *σμω* expunxit eadem manus.

Pag. 487,25 *ἐνηργάσαντο* A, corr. ead. m.

Pag. 489,18 pro *τοῦ*: *τὰ* A, corr. e. m.

Pag. 500,23 *οἰκείαν* A, corr. e. m. *οἰκίαν*.

Pag. 502,9 *τηΐον* A, corr. e. m.

Pag. 514,11 *ἐκκαιδεκαπήχων* et *ους* ead. m. supersc. A.

Pag. 527,25 pro *τὰς*: *ἃ* A, corr. ead. m.

Pag. 529,6 pro *παιδιάς*: *παιδείας* A, corr. e. m., *παιδειὰς* F.

Pag. 530,22 *πελοπόνησον* A, sed alterum *ν* sup. e. m.

Pag. 535,19 *ἰλιαίων* A, corr. e. m.

Falsa superscripta sunt his locis: *ι*

Pag. 409,8 *τὴν μὲν λείαν διένειμε πᾶσαν*: *πασαν* A (*ι* supersc. ead. m.), *πᾶσι* R.

Pag. 431,4 *σαφῶς δὲ γινώσκοντας ὅθ' ὁ Φίλιππος*: *ὅθ' ὁ* P(C), *ὅθ' ὁ* et *τ* ead. man. supersc. A, *ὅθεν τε ὁ* F.

Pag. 432,15 *γενομένης* A (*ι* supersc. ead. m.)

Pag. 452,16 *προπεριλαβόντα* recte Naber: item A, sed *σ* supersc. ead. m., *πρὸσπεριλαβόντα* FR.

Pag. 501,1 *κεσβέδιον* et *λ* super *δ* ead. m. sc. A, item versu 10, sed 500,27 *κεσβέδιον* A, *κεσβέλιον* B[2].

Pag. 511,15 *οἰκειαν* et *ι* ead. m. supersc. A.

Omnibus his locis quae ex archetypo fluxerint et quae a Vaticani A scriba addita sint, certo definiri nequit, sed cum in archetypo multas varias scripturas fuisse constet, ad illum nonnulla referenda esse veri simile est.

Idem dici potest de eis locis, quibus in margine codicis A correctiones inveniuntur (quas Vaticani scribam margini adscripsisse suspicatur Wobstius pag. V):

Pag. 3,13 *ἐν δὲ τοῖς κατὰ τὴν Ἰταλίαν καὶ Λιβύην τόποις*: *καὶ λιβύην* AMR, *καὶ τὴν λιβύην* A[1] in marg. B. Conf. 4,3 *συμπλέκεσθαί τε τὰς Ἰταλικὰς καὶ Λιβυκὰς πράξεις*. 90,12 *τὰς παρὰ τῶν Νομάδων καὶ Λιβύων βοηθείας*.

Pag. 63,7 *οὐδὲν ἀπέλειπον* (*ἀπέλιπον* DE, *ἀπέλειπον* et *ἀπέλιπον* C per dittogr.) *τῶν ἐνδεχομένων ἀλλ' εἴχοντο τῶν ἑξῆς πραγμάτων* A[1]R, *ἔσχοντο* A[1] in marg. non recte.

Pag. 146,21 *ἅπασιν* AR, *α* pro *ι* antiqua manus adscripsit margini A, voluit igitur *ἅπασαν*.

Pag. 184,12 *τῇ τῶν κεχειρικότων τὰ πρὸ τοῦ δυναστῶν καταστροφῇ*: *δυναστῶν* et in marg. *στειῶν* A[1], *δυναστειῶν* R. Vaticani scribam hoc loco *δυναστειῶν* coniecisse veri simile non est, cum plane falsa sit haec scriptura. Immo iam in archetypo variae lectiones fuisse videntur, quarum altera *δυναστειῶν* corrupta erat.

Pag. 253,20 *δεῖν γὰρ ἢ νικᾶν ἢ θνήσκειν ἢ τοῖς ἐχθροῖς ὑποχειρίους γενέσθαι ζῶντας, εἶναι δ'* cet: *γενέσθαι* A[1] in marg. F[s]R, *εἶναι* A[1] in contextu (ortum ex proximo *εἶναι*).

Pag. 337,19 *οἳ τὸ μὲν πρῶτον τῇ Πύλῳ προσμίξαντες*: *συμμίξαντες* AB in contextu, sed *προσ* adscripsit A[1] in marg. et B super versum.

προσμιγνύναι saepe a Polybio usurpatur, conf. 34,30 *συνάψαντος δὲ καὶ προσμίξαντος αὐτοῦ τοῖς περὶ τὸν Ἄννωνα*. Simil. 261,27, 229,12 *Ἀννίβας δὲ προσμίξας τοῖς περὶ τὸν ποταμὸν τόποις*. 673,1 *προσμίξας* . . . *τῇ πόλει*.

Pag. 345,11 *ἵν' ἂν ποτ' αὐτοῖς ὁ θεὸς εὖ δῷ*: *ὁ θεὸς εὖ δῶ* A[1] in marg. B, *ὁ θεὸς δῶ* A[1] in contextu (sed *εὖ* supersc. ead. m.) CE, *ὁ θεὸς εὐοδῶ* E in marg. et D, *ὁ θεὸς εὐδίαν δῷ* Naber. Schweighaeuser confert Eur. Or. 667: *ὅτανδ' ὁ δαίμων εὖ διδῷ τί χρὴ φίλων*;

Pag. 431,25 *ὑπὲρ ὧν οὐ δυσχερὲς ἀποφήνασθαι καὶ μὴ παρόντα τότε, ποτέρου τὴν τοιαύτην εἰκὸς εἶναι συμβουλίαν*: *τοτ' ἑκατέρου* ADE, in margine add. *θατέρου* A[1]DE, *τότε θατέρου* PBC, *τοτέθατέρου* F.

Certe ea scriptura, quae in Vaticani margine non recte adnotata est, iam in archetypi contextu scripta erat, cum eadem in codice Peiresciano legatur. Atque veri simile est in archetypo *ἑκατέρου* per coniecturam ad corruptum *θατέρου* scriptum fuisse.

Pag. 490,17 *ἐπιέζει* Hultschius, *ἐκπιέζει* A, *ἐπιέζει* CE, *ἐπίεζε* A[1] et E in marg., item BD.

Pag. 503,7 *τῆς προειρημένης ἀφορμῆς λαβόμενος* AR, sed *ἐπι* in marg. add. A[1], unde *ἐπιλαβόμενος* B.

conf. 82,5 *λαμβανόμενοι βραχείας ἀφορμῆς*. 93,1 *λαβόμενος δὲ τῆς ἀφορμῆς ταύτης*. Persaepe vero invenitur *ἐπιλαβέσθαι*, quod hoc loco voluit librarius in contextum inferre.

Pag. 527,17 *οἱ δ' Αἰτωλοὶ χωρὶς τῶν ὅπλων ἧκον πανδημεῖ*: *ἦλθον* A, sed *ἧκον* ead. manus in margine.

Dittographiae autem, quae in codice C (qui persaepe ipse coniecturas protulit) leguntur, num ad archetypum referendae sint, valde dubium est. Conf.

Pag. 37,31 *ἐκκλῖναι* ABDE, *ἐγκλῖναι* et *ἐκκλῖναι* C p. d.

Pag. 51,31 *παρέλειπε* A, *παρέλιπε* R, utrumque per dittogr. C.

Pag. 63,7 *ἀπέλειπον* A, *ἀπέλιπον* DE, *ἀπέλειπον* et *ἀπέλιπον* C per dittogr.

Pag. 74,3 *παρέλιπεν* ... *ἐξήλεγξεν*: *παρέλειπεν* A, hoc et *παρέλιπεν* per dittogr. C.

Pag. 116,29 *ὑπολειπόμενος* recte AR, *ὑπολειπόμενος* et *ὑπολιπόμενος* C per dittogr.

Pag. 469,27 *τούτου* et *τούτων* A per dittogr., *τούτων* BDE margo C vulgo, *αὐτοῦ* C in contextu.

Varias autem lectiones, quae in codice O super contextum scriptae vel margini adscriptae sunt, nihil nisi coniecturas scribae illius codicis continere negari nequit.

Conf. 1264,4 *δ'Ἰσοκράτης* Ursinus, *δὲ σοκράτης* O[1], *δὲ σωκράτης* U et mutatus pr. m. O.

1285,17 pro *τῷ Προυσίᾳ*: *τῶν προυσίων* O, sed correxit prima manus in marg.

1261,23 et 1262,12 traditae scripturae in margine, coniecturae in contextu reperiuntur.

Sed ad primos quinque libros atque archetypi scripturas revertar.

III.

Omnes, quas adhuc tractavi, archetypi varias scripturas codicis Vaticani A scriba integras servavit. Aliis autem locis paulum immutatae sunt illae scripturae, cum in codicis Vaticani contextum receptae sint atque saepe recte se habere videantur. Atque primum quidem de eis locis agam, ubi corrupta archetypi verba recte correcta esse videntur.

Pag. 11,16 *τὸ γὰρ μικρῷ πρότερον τοὺς ἰδίους πολίτας μετὰ τῆς μεγίστας ἀνῃρηκότας τιμωρίας, ὅτι Ῥηγίνους παρεσπόνδησαν, παραχρῆμα Μαμερτίνοις βοηθεῖν ζητεῖν τοῖς τὰ παραπλήσια πεποιηκόσιν ... δυσαπολόγητον εἶχε τὴν ἁμαρτίαν* AR.

ζητεῖν seclusit Hultschius recte, ut mihi videtur; nam *ζητεῖν* omnino intolerabile est, cum Mamertinorum pars Romanis urbem tradere vellet eaque de causa Romani non quaerere deberent, quomodo Mamertinis auxilio venire possent. Quoniam autem intellegi non potest, cur *ζητεῖν* in contextum insertum sit, ego suspicor in archetypo varias scripturas *βοηθεῖν* et *ζητεῖν* fuisse. Fieri enim potuit, ut *βοηθεῖν* in *ζητεῖν* corrumperetur, deinde *βοηθεῖν* restitueretur, cuiusmodi interpolationes nonnullas inveniemus.

Pag. 106,8 *παρακαλούντων τὰ πλήθη μὴ προδιαλαμβάνειν ἀλλ' ἐν ἀκεραίῳ ἐᾶν ᾧ ποτ' ἂν ἡ τύχη βουληθῇ περιθεῖναι τοῦτον τὸν στέφανον.*

Ad hiatum evitandum Benseler *ἀλλ' ἀκέραιον ἐᾶν* coniecit, Hultschius *ἀλλ' ἐᾶν ἀκέραιον* suspicans *ἐᾶν* pro vitioso *ἐν* in margine adscriptum postea in contextum irrepsisse.

Hoc quoque loco in archetypo vera scriptura *ἐᾶν* in *ἐν* corrupta erat, deinde *ἐᾶν* correctio addita est, quae falso loco in contextum irrepsit. Atque fortasse iam in archetypo *ἐν* cum *ἀκέραιον* coniunctum est ita ut *ἐν ἀκεραίῳ* oreretur.

Pag. 181,24 *ἠναγκάζετο διασπῶν τὰ προτειχίσματα καὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν ἐξάγειν μετωπηδὸν κατὰ μίαν πλευρὰν τῆς στρατοπεδείας. ἀνακληθέντων δὲ τῶν παρ' ἑτέροις εὐζώνων* cet. AFR, *ἑκατέροις* Casaubonus pro *ἑτέροις* recte correxit. Atque Hultschius putat *καὶ* ortum esse ex *κα* olim ad *ἑτέροις* margini adscripto. Sed Hultschius ipse archetypi versus viginti fere litteras continuisse ostendit, qua de causa veri simile non est quatuor vel quinque versibus ante hoc *κα* in contextum irrepsisse. Itaque hunc locum non ex archetypi variis scripturis explicandum esse puto.

Pag. 217,5 *διὰ τὸ κἂν κατὰ τὸ παρὸν εὐτυχῇ τήν γε περὶ τοῦ μέλλοντος ἐλπίδα μηδέποτ' ἂν εὐλόγως βεβαιώσασθαι τῶν νοῦν ἐχόντων*: *μηδέποτ' ἂν* Bekkerus coniecit pro *μηδένα τῶν νοῦν ποτ' ἂν* AR (pro *νοῦν* A[1] in margine *νῦν*), *τῶν νῦν ποτ' ἂν* M, *μὴ διὰ τῶν νῦν ποτ' ἂν* Schweig-

haeuser. Wobstius vero coniecit: *τήν γε περὶ τοῦ μέλλοντος ἐλπίδα μηδὲν ἂν ἐκ τῶν νῦν παρόντων εὐλόγως βεβαιώσασθαι μηδένα τῶν νοῦν ἐχόντων.* Sed cum *τὴν . . . ἐλπίδα* pendeant ex *βεβαιώσασθαι,* vocalubum *μηδὲν* non placet. Mihi codicum corruptela ex archetypi variis scripturis explicanda esse videtur. In archetypo enim praeter *μηδένα τῶν νοῦν* (quod versu septimo legitur) falsa scriptura *μηδένα τῶν νῦν* fuisse videtur, quae in priorem versum irrepsit. Itaque cum Bekkero legendum esse censeo: *μηδέποτ' ἂν βεβαιώσασθαι μηδένα τῶν νοῦν ἐχόντων.* Quamquam non plane absolutam esse hanc quaestionem ipse concedo.

Pag. 254,26 *Πόπλιος δὲ περὶ τὰς αὐτὰς ἡμέρας|πρὸς τὸν Πάδον ποταμὸν ἤδη πεπεραιωμένος* A(R).

πρὸς, quod ineptum est, delevit Schweighaeuser, qui suspicatus est *πρὸς* imperite ex praecedenti vocabulo *ἡμέρας* repetitum esse. Atque in archetypo *ΠΡΟΣ* ex *ΗΜΕΡΑΣ* obscuratum fuisse, deinde vocabulo *ΗΜΕΡΑΣ* adscripto recte correctum esse videtur.

Pag. 342,1 *καίπερ διὰ τόπων ποιούμενοι τὰς πορείας εὐεπιθέτων καὶ μονονοὺ σαλπιγκτοῦ δεομένων* AR.

μονονοὺ ex dittographia *μόνον* et *μόνου* ortum esse vidit Hultschius, *μόνον* Bekkerus auctore Gronovio.

Schweighaeuser adnotavit: „vulgo velut in proverbio dici solitum videtur: tantum tubicine opus erat. Vel solus tubicen ad victoriam sufficielat."

Certe in archetypo variae scripturae erant, cum *μονονοὺ* plane falsum sit, *μόνον οὐ,* quod Schweighaeuser coniecit, corrupto loco pag. 255,13 fulciatur.

Quaeritur igitur, quae vera scriptura sit. Atque si *μόνον* rectum esset, debuit post *σαλπιγκτοῦ* poni. Conf. *ὀγδοήκοντα μόνον συνέβη περιλειφθῆναι σκάφη.* Similiter 47,24. 697,7 *εἰ γὰρ πρὸς μόνον Αἰτωλοὺς πολεμῶν* FS, recte cum D^2 *μόνους* correxerunt editores.

Qua de causa *μόνον* corrupta archetypi scriptura, *ου* emendatio fuisse videtur.

Pag. 347,20 *πάντα δ'ὑπισχνοῦνται ποιήσειν αὐτοὶ τῷ Φιλίππῳ τὰ κατὰ τὴν συμμαχίαν: αὐτοὶ* recte coniecit Schweig-

haeuser pro *αὐτῶ οἱ* A(R) *(αὐτῷ δὴ* C.*)* Quae codicum scriptura archetypi dittographiam *αυτω* et *αυτοι* indicat, quorum verborum *αυτω* corrupta archetypi scriptura est, per *οι* correcta. Nam, ut Schweighaeuser recte vidit, *αὐτοὶ* ipsi opponuntur Adimanto, quem ut turbarum auctorem Lacedaemoniorum legati accusabant.

Pag. 355,14 *περὶ δὲ τῆς ἀποφάσεως ταύτης κατίσχυσαν οὐδαμῶς εὐδοκούντων τῶν πολλῶν Αἰτωλῶν οἱ ἐφορεύοντες Οἶνις καὶ Νίκιππος*: *Αἰτωλῶν* delevit Schweighaeuser, *Μεσσηνίων* coniecit Palmerius.

Plane enim falsa est scriptura *Αἰτωλῶν,* cum de Messeniorum re publica agatur.

Quomodo autem *Αἰτωλῶν* in contextum inseri potuerit, non intellegitur (*οἱ* interpolatum esse videtur).

Neque vero pro *Αἰτωλῶν* aliud verbum scribendum est, cum alia praesto sit explicandi ratio.

Pag. 697,24 enim pro *Αἰτωλοῖς* traditum est *ἐν πολλοῖς* et 1070,22 Bekkerus *πολλοὺς* correxit pro *Αἰτωλούς.*

Itaque hoc loco antiquam dittographiam *πολλῶν* et *αἰτωλῶν* in contextum receptam esse credibile est atque *αἰτωλῶν* corruptum per *πολλῶν* recte correctum esse videtur. Talem autem emendationem ex suo ingenio vix quisquam protulit, sed ex alio quodam codice hausit.

Pag. 361,20 *ἀπὸ δὲ τῆς ἑτέρας οἰκίας ὄντων ἐκ τῆς Ἱππομέδοντος θυγατρὸς Ἀρχιδάμῳ δυεῖν παίδων, ὃς ἦν υἱὸς Εὐδαμίδου (εὐλαμίδου* AR, corr. D[2]*), ζῶντος δὲ καὶ Ἱππομέδοντος ἀκμήν, ὃς ἦν υἱὸς Ἀγησιλάου τοῦ Εὐδαμίδου (εὐδαιμίδου* AE, *τοῦ εὐδομίδου* C): *τοῦ εὐδαιμίδου* delevit recte Benseler propter hiatum. Atque cum hoc loco *τοῦ εὐδαιμίδου,* supra *εὐλαμίδου* traditum sit, habemus fortasse archetypi varias scripturas, quarum altera in margine archetypi adscripta in falsum contextus locum irrepsit. Sed potuit etiam alio modo interpolatio in contextum venire.

(Pag. 365,2 pro *βουλόμεθα δὲ πάντες εἰδέναι τὰ τοιαῦτα καὶ μάλιστα μὲν αὐτόπται γίνεσθαι* cet: *πάντας* AFR,

αὐτόπται $A^{1}F$, *αὐτόπτας* $A^{r}R$, quae scripturae fortasse ad archetypi varias lectiones referendae sunt).

Pag. 384,15 *οὐ μὴν ἀλλὰ συνορῶντες οἱ περὶ τὸν Δωρίμαχον ἤδη τὸν περιεστῶτα κίνδυνον αὐτούς, συστραφέντες ὥρμησαν* cet: *αὐτοὺς οὐ συστραφέντες* ADE, corr. C. Recte Hultschius adnotat: in archetypo praeter *αὐτοὺς* varia scriptura *αὐτοῦ* fuisse videtur.

Veri simile autem est in archetypo primum *αὐτοῦ* omisso *ς* ante sequens *συστραφέντες* scriptum, deinde *αὐτοὺς* correctum fuisse.

Pag. 432,2 *καὶ δεῖγμα τῆς προαιρέσεως ἑκατέρων ἐν παραπλησίοις ὁμολογούμενον ἔχομεν*: *ἐν οἷς* (*οἷς* P) *παραπλησίως* (*παρὰ πλησίως* F) APFR, *ἐν τοῖς παραπλησίοις* Re., correxit Hultschius, qui in archetypo dittographiam *ἐν παραπλησίως* (supra *ως*: *οις*) fuisse suspicatus est. Sed iam in archetypo *οις* ante *παραπλησίως* scriptum fuisse veri simile est, cum in omnibus codicibus eodem loco legatur.

Pag. 480,15 *διόπερ Ἀχαιὸς συνεὶς τὴν ἐν αὐτοῖς διατροπήν*: *τὴν ἐν αὐτοῖς* B, *διὰ τὴν ἐν τοῖς*|A, *διὰ τὴν ἐν αὐτοῖς* R, ad quod Hultschius adnotat: *διὰ* ortum esse videtur ex additamento ^ *αὐ* olim ad *τοῖς* in margine archetypi adscripto.

Quae explicandi ratio, cum nusquam alibi apud Polybium adhiberi possit, dubiosa esse videtur atque veri similius est *διὰ* ex antecedenti *διόπερ*, quod eundem prioris versus locum obtinebat, repetitum esse, cuiusmodi exempla persaepe inveniuntur.

Itaque hoc loco de archetypi variis scripturis fortasse non est cogitandum.

In fine huius partis duo loci afferendi sunt, qui fortasse ex archetypi dittographiis explicandi sunt. Sed certi aliquid de eis dici nequit.

Pag. 52,10 *συλλαλήσαντες αὐτοῖς ὑπὲρ τοῦ τὴν πόλιν ἐνδοῦναι τοῖς Ῥωμαίοις*: *αὐτοῖς αὐτοῖς* vestigia primae manus in A, *αὐτοὶ ἑαυτοῖς* $A^{2}R$, *αὐτοὶ* in suspitionem

vocavit Benseler. Si in Vaticano *αὐτοῖς αὐτοῖς* prima manu scriptum est, repetitione simplici id factum esse potest. Sed potuit etiam varias scripturas *αὐτοῖς* et *αὐτοῖς* archetypus continere, quod mihi probabilius esse videtur.

Pag. 194,5 *εἰ δέ τις ἔροιτο τὸν συγγραφέα*: *εἰ δ' εἴτις* A. *δὲ* videtur primum omissum esse in archetypo, deinde additum atque fortasse sic scriptum erat:
ΕΙ ΔΕ
ΕΙ ΤΙΣ

Aliis autem locis librarius, quem saepe locos corruptos recte correxisse vidimus, ad archetypi verba non recte aliquid adscripsit.

Pag. 27,25 *ὁ δὲ γάϊος ἀτίλιος λίβιος* AR, *ἀτίλιος* delevit Aretinus.

λίβιος, ut pag. 26,25, iam in archetypo pro *βίλιος* scriptum esse videtur.

Hoc loco verbum *λίβιος* aliquis corrigere voluit, qui verbum *ἀτίλιος* super *λίβιος* falso scripsit, cum pag. 30,7 recte *Γάιος Ἀτίλιος* legeretur.

Pag. 31,24 *τὸ δὲ τέταρτον καὶ τρίτον ἐπωνυμίαν ἔτι οὐπροσειλήφει* AR Suidas, *οὐ* eiecit Schweighaeuser, *ἔτι συμπροσειλήφει* coniecit Hultsch., qui hanc coniecturam in contextum non recepit. Atque *συμπροσλαμβάνειν*, quamquam Polybius verba talem in modum composita non spernit, nusquam alibi inveniri videtur. Certe autem simplex *προσειλήφει* nihil desiderat. Itaque alia explicandi ratio non incredibilis est. Cum enim iam in archetypo falso *τρίτον* scriptum esset (pro quo Reiskius *τρίτην* recte correxit, conf. 32,23 *ταύταις δὲ κατόπιν ἐπέβαλον τὸν τέταρτον στόλον, τοὺς τριαρίους κληθέντας*), in margine archetypi fortasse adscripta erat varia lectio *ου*, scilicet *τρίτου*, id est cognomen tertii. Quam scripturam falsam fuisse ex ipso hiatu elucet.

Pag. 167,2 *διὰ τῶν ἀληθινῶν ἔργων καὶ λόγων εἰς πάντα τὸν χρόνον διδάξαι*: *εἰς|πάντα* A[2] ex *εἰς|*****τα*, *εἰς σύμπαντα* Hultschius. Ad quem locum Wobstius pag. XIX adnotavit: vereor, ne manus altera dittographiam, quam in contextu invenisse videatur, *εἰς τὸν πάντα τὸν χρόνον* inepte correxerit; equidem praetulerim *εἰς τὸν πάντα χρόνον* apud scriptores usitatissimum."

Sed cum locus lacunosus sit, certi aliquid contendi nequit.

Pag. 295,21 *Ῥωμαίων δὲ, μετὰ τὸ καταλύσασθαι Καρχηδονίους τὴν προειρημένην ταραχὴν*: *διαλύσασθαι* coniecit Schweighaeuser et, ut Hultschius adnotavit, multo ante ille, qui margini archetypi *διὰ* adscripsit, quod in AR ante *τὴν* inculcatum est, eiectum ab Ursino.

Sed cum pag. 194,18 legamus: *οὐ πρότερον κατελύσαντο τὸν πόλεμον*, causa non est, cur mutemus. Librarius igitur usitatam locutionem pro inusitata falso scribere voluit. Conf. pag. 197,28 *διαλυομένων τὰς ἔχθρας*.

Pag. 207,6 *ἢ γὰρ τὸν στρατηγὸν Ἀννίβαν καὶ τοὺς μετ' αὐτοῦ συνέδρους ἐκδότους διδόναι Ῥωμαίοις ἀπῄτουν ἢ προήγγελλον τὸν πόλεμον*: *επαιτεον* (sine spir. et acc.) A, *ἐπετέον* B, *ἐπαιτητέον* N, *ἀπῄτουν* CDE, *ἐκέλευον* coniecit Dindorfius; Hultschius autem adnotat: „at vero olim glossa *ἐπαίτιον* ad *Ἀννίβαν* margini adscripta fuisse videtur eaque huc migrasse in verbi locum, cum ipse scriptor infinitivum *διδόναι* ex *προτείνοντες* suspensum sine verbo posuerit."

Sed cum intellegi nequeat, cur *ἐπαίτιον* glossema adscriptum fuerit, magis placet Wobstii sententia, qui censet olim in archetypo scriptum fuisse *ἢ γὰρ* . . . *Ἀννίβαν καὶ τοὺς μετ' αὐτοῦ συνέδρους Ῥωμαίοις ἐκδοτέον ἢ προήγγελλον τὸν πόλεμον* et, cum *ἐκδοτέον* fuisset obscuratum, glossam *ἐκδότους διδόναι* margini adscriptam in contextum recepisse librarios.

Quae Wobstii sententia optime congruit cum alio loco, qui pag. 208,5 legitur: *ἢ τοὺς αἰτίους ἐκδοτέον*

εἶναι σφίσι cet. (ea, quae sequuntur, partim lacuna perierunt). Deinde *ἐκδότους διδόναι* valde offendit. Itaque super corruptam scripturam alia in archetypo scripta est, quae certe non ex alio codice fluxit, sed ad librarii cuiusdam ingenium referenda est.

Pag. 207,28 *Ῥωμαῖοι δὲ τότε μὲν τὸ δικαιολογεῖσθαι καθάπαξ ἀπεγίνωσκον* Hultschius, *τοο|μὲν τὸ* A[1], *τὸ μὲν τὸ* A[2], *τὸ μὲν* omisso altero *τὸ* RN vulgo. Hultschii coniectura non placet, quod *μὲν* non ad *τότε*, sed ad *δικαιολογεῖσθαι* quadrat. Qua de causa cum Wobstio consentio, qui has varias scripturas in archetypo fuisse coniecit: *τοῦ μὲν* et *τὸ μὲν*. Atque cum et *ἀπογινώσκειν τὸ ποιεῖν τι* (pag. 53,27, pag. 59,10) et *ἀπογινώσκειν τοῦ ποιεῖν τι* (36,11 et 58,6, ubi Dind. falso *τὸ* corrigere voluit) apud Polybium inveniatur, difficile est ad dicendum, utrum verum sit. Fortasse secundo loco librarii coniecturam habemus atque cum Wobstio *τοῦ μὲν δικαιολογεῖσθαι* scribendum est.

Pag. 260,27 *συμμίξας δὲ καὶ καταστρατοπεδεύσας παρὰ ταῖς οἰκείαις δυνάμεσι* AR (*παραστρατοπεδεύσας* C), *παραστρατοπεδεύσας ταῖς ἰδίαις δυνάμεσι* Casaubonus, ad quod adnotavit Schweighaeuser: „placeret emendatio, nisi *παραστρατοπεδεύειν τινὶ* constanter alias de hostibus usurpatum viderem, castra castris collata habentibus.“

Sed *ταῖς ἰδίαις δυνάμεσι* ad milites, quos secum duxit Tiberius, referendum esse videtur, ut pag. 308,27 legimus: *τοῖς μὲν δυσὶ μέρεσι κατεστρατοπέδευσε.*

Hoc loco in archetypo *παρὰ* falso aliquis corrigere voluit pro *κατὰ*, qui *συμμίξας* et *(παρα)στρατοπεδεύσας* ad *ταῖς οἰκείαις δυνάμεσι* traxit.

Pag. 328,18 *οἱ δ' αὐτοὶ πρὸς ὅπλα καὶ πολεμίους ἀγεννεῖς καὶ τῆς γε πολεμικῆς χρείας τῆς κατ' ἄνδρα μὲν καὶ κατ' ἰδίαν εὐχερεῖς καί πρακτικοὶ, κοινῇ δὲ καὶ μετὰ πολεμικῆς ἐνίων συντάξεως ἄπρακτοι* AFP Suid. R.

Pro *ἐνίων* coniecit *ἐπιόντες* Campius, delevit Naber suspicans fuisse olim ad *πολεμικῆς* variam scripturam *εμιων* i. e. *πολεμίων*, ad quae verba Hultschius adnotavit: verum sine dubio *πολεμικῆς* illatum est

ex versu 20, *πολεμίων* autem antiqua et genuina scriptura.

Hultschii sententia adiuvatur verbis antecedentibus v. 18, ubi similem in modum dictum est *τὰς τῶν θηρίων συγκαταστάσεις*.

Simplex genitivus autem cuidam displicuit, qui *πολεμικῆς* correxit. Atque certe iam in archetypo *εμιων* in *ἐνίων* corruptum erat, quod omnes codices hoc vocabulam exhibent.

Aliis locis in archetypo librarius non corrigere verba tradita, sed explicare voluisse videtur glossemate addito:

Pag. 67,25 *προσόδους δὲ πάσας ἔχει τριττὰς δυσχερεῖς*: *τρεῖς|τὰς* AR has archetypi scripturas indicans:
τρεῖς
τριττάς.

De vocabulis *τριττός* et *διττός* saepe a Polybio usurpatis conf. 31,22 *διττάς*, 748,6 *τριτταί*, 1185,12 *διτταί*, 1238,5 *τριττούς*.

Pag. 365,13 *ἥτις αὐτὴ καθ' αὑτὴν ὀκτακισχιλίων ἔχει σταδίων τὴν περιγραφήν*: *τὴν περίμετρον γραφὴν* AB, correxit in A prima manus, ut videtur. Verba *περίμετρος* et *περιγραφή* eadem notione usurpat Polybius, ut eodem capite v. 9 *τὴν μὲν περίμετρον*, pag. 366,4 *εἰς περιγραφὴν* legimus.

Conf. *περίμετρος* 67,13 120,10 412,13 686,11 809,9 *περιγραφή* 186,6 451,8 686,18 743,6.

Hoc loco propter antecedens v. 9 *περίμετρον* librarius in archetypo hoc vocabulum superscripsisse videtur.

In fine huius capitis dubitanter afferam:

Pag. 499,30 *καὶ τούτων οὕτω συνεχῶς καὶ προφανῶς πολλοῖς ἤδη συμβεβηκότων οὐκ οἶδ' ὅπως καινοί τινες ἀεὶ καὶ νέοι πρὸς τὰς τοιαύτας ἀπάτας πεφύκαμεν* AFR. Pro *καινοὶ* Naber coniecìet *σκαιοί*, Meinekius *ξένοι*.

Certe nusquam alibi apud Polybium *καινοὶ* et *νέοι*, quae verba synonyma esse videntur, coniuncta sunt.

Conf. 127,15 *ἐπεγένοντο δὲ νέοι θυμοῦ μὲν ἀλογίστου πλήρεις.* 321,11 *ἔμελλε πραγμάτων ἔσεσθαι καινῶν ἀρχή.* 510,9 *Ἀντίοχος ὡς ἂν ἄπειρος καὶ νέος.*

Atque fortasse *καὶ νέοι* ex dittographia sive repetitione vocabuli *καινοὶ* ortum est.

Sed nihil nisi coniecturam proferre volo atque fortasse nihil mutandum est (ut Baumstarkius censuit).

Pag. 97,18 *οἱ δὲ Καρχηδόνιοι περικλειόμενοι πανταχόθεν ἠναγκάζοντο καταφεύγειν ἐπὶ τὰς ἱέρων ἀεὶ · · · μεγάλην ἐποιεῖτο σπουδὴν* A^1 continuo versu; sub *τὰς* A^r add. *συμμαχίδας πόλεις | ἐπιστὰς δὲ;* eadem leguntur in R, nisi quod pro *ἐπιστὰς δὲ* C habet *ἐπὶ τάσδε.* Certe A^rR ea, quae in A^1 desunt, non coniectura, sed ex alio quodam fonte addiderunt atque, quocumque modo ordiamur sequentem sententiam, illud *ἐπιστὰς δὲ* ex dittographia ortum esse videtur. Fortasse *ἐπιστὰς* in archetypo per *ἐπὶ τὰς* recte correctum erat.

IV.

Nunc ad reliquos libros, qui excerptis Constantini Porphyrogenneti et excerptis codicis Urbinatis traditi sunt, transeam, quos omnes ex eodem fonte fluxisse vidimus.

Atque primum quidem de eis locis agendum est, quibus in archetypo falsae scripturae recte correctae esse videntur.

Pag. 545,1 *δῆλον ὡς δυσαρεστεῖν καὶ προσκόπτειν εἰκὸς τοὺς συνόντας καὶ συνιδόντας τὴν γεγενημένην ἐκ τῶν γεννησάντων ἐπιμέλειαν: συνόντας καὶ* coniecit Casaubonus, *ἐνόντας καὶ* FS, delevit Hultschius; nam talis notio omnino non requiritur.

Conf. ead. pag. v. 14 *φανερὸν ὡς εἰκὸς τῷ τοιούτῳ δυσαρεστεῖσθαι καὶ προσκόπτειν τοὺς εἰδότας.*

Videtur autem in archetypo *συνιδόντας* in *ἐνόντας* corruptum, deinde recte correctum fuisse.

Pag. 575,7 *καθ' ἕκαστον γένος καὶ τῶν ἱππέων καὶ τῶν πεζῶν ἐκ τῆς δεκάτης σημαίας καὶ τελευταίας στρατοπεδευούσης* cet: *καὶ τελευταίας* coniecit Schweighaeuser, *τιναῖς δ'ἡμέραις καὶ τελευταῖαις* F[1], del F[2].

Schweighaeuser putat verba *τιναῖς δ'ἡμέραις* ex margine in contextum esse recepta, cum nihil aliud significarent, nisi in aliis codicibus pro *σημαίας* scriptum fuisse *ἡμέρας*.

Sed nusquam alibi *τινὲς* simili modo in archetypi margine adscriptum invenitur, ut aliorum codicum scripturas significet. Neque vero F[1] *τινὲς* sed *τιναῖς* exhibet. Certe autem verba *σημείας* et *δ'ἡμέραις* ex archetypi variis scripturis ortae sunt.

Quae explicandi ratio maxime fulcitur duobus locis pag. 582,3, ubi *ἡμέραις* pro *σημαίαις* tradiderunt FD, et 729,6, ubi *σημαίας* correxit Reiskius pro *ἡμέρας* FS.

σημεία autem saepe in archetypo pro *σημαία* scriptum fuisse videtur, conf. 41,10 42,23 775,19.

Hoc igitur loco in archetypo corruptela *ἡμέρας* et correctio *σημείας* scriptae erant, *τιναῖς* autem fortasse ex *τῆς* ortum est.

Pag. 587,11 *τὰ πρὸς σφᾶς αὐτοὺς πολιτεύεσθαι καὶ συμφρονεῖν. ταῦτα δ'ἀποφηνάμενοι* cet: post *συμφρονεῖν* add. *ταυτὰ* F(S) deletum a Reiskio.

Quod fortasse ex archetypi dittographia ortum est.

Pag. 688,11 *τά τε κατὰ τὴν Ἰβηρίαν διὰ τοῦ πρεσβυτέρου τῶν ἀδελφῶν Ἀσδρούβου, μετὰ δὲ ταῦτα διὰ τοῦ πρεσβύτου Μάγωνος.* Ad quae verba Schweighaeuser haec adnotavit: „Uterque frater Hasdrubal et Mago natu minores videntur fuisse Hannibale, sed ex his duobus Hasdrubal senior fuit, minor natu Mago. Quoniam intellegi non potest, quo factum sit, ut *νεωτέρου* in *πρεσβυτέρου* corrumperetur a librariis, probabile fit nobis nude *διὰ τοῦ Μάγωνος* scripsisse Polybium. Vocabulum vero *πρεσβύτου,* cum in ora alicuius codicis pro synonymo *τοῦ πρεσβυτέρου* aut pro diversa lectione esset notatum, iniquo loco in

contextum esse insertum. Ac fortasse ipsum illud *πρεσβύτου* genuina Polybii scriptura erat."

Conf. pag. 1188,8 *Πτολεμαίου τοῦ πρεσβύτου* OU, *πρεσβυτέρου* Dindorfius. 1251,2 *παρὰ τοῦ πρεσβύτου βασιλέως Πτολεμαίου* OU, *πρεσβυτέρου* Ursinus. Quibus locis *πρεσβυτέρου* in *πρεσβύτου* corruptum esse videtur.

Recte vocabulum *πρεσβύτης* adhibetur: 1278,11 *Μύρτωνα πρεσβύτην ἄνθρωπον.* 1319,1 *ἐνέπεσέ τις πτοία τοῖς νέοις παράλογος, οἵαν οὐκ ἔφασαν οἱ πρεσβῦται γεγενημένην πρότερον.*

Hoc loco praeter veram lectionem *πρεσβυτέρου* fortasse ex coniectura ortam tradita est corrupta scriptura *πρεσβύτου*, quae falsum in locum transposita est excerptoris neglegentia.

Pag. 793,30 *ὧν ἀνυπονοήτως ἐμπεσόντων πολλοὶ μὲν ἐν ταῖς ἀρχαῖς ἀναστρέφοντες διὰ τὸ παράδοξον τῆς ἐπιφανείας αὐτὸ τῶν ἵππων ἀπέπεσον* FS, *ἀπὸ τῶν ἵππων ἀπέπεσον* Scaliger, correxit Hultsch. *τῶν ἵππων ἀπέρρεον*, qui coniecit *αὐτό* fuisse dittographiam ad *ΔΙΑΤΟ* extremo versu in archetypo adscriptam.

δι' αὐτὸ corrupta scriptura esse videtur. conf. pag. 70,13 *δι' αὐτὸ τὸ πεπεῖσθαι δι' αὐτῶν τῶν πεζικῶν δυνάμεων κρίνειν τὸν πόλεμον*, ubi Reiskius *διὰ τὸ* recte correxit, cum bis *ὁ αὐτὸς* dictum tolerari non possit.

Pag. 812,11 *μεγάλα συμβαίνει τὰ συβόσια κατὰ τὴν Ἰταλίαν ὑπάρχειν καὶ μάλιστα τὴν παλαιὰν παρά τε τοῖς Τυρρηνικοῖς καὶ Γαλάταις* F. Pro *παλαιάν*, quod sensu caret, Schweighaeuser coniecit *παραλίαν;* sed ne hoc quidem ferendum est, cum minime quadret ad sequentia *παρά τε τοῖς Τυρρηνικοῖς καὶ Γαλάταις.*

Itaque Wachsmuthius *τὴν παλαιὰν* delendum esse censuit in seminario Heidelbergensi.

In archetypo enim variae scripturae *ΠΑΛΙΑΝ* et *ΙΤΑΛΙΑΝ* fuisse videntur.

Pag. 813,23 *τὸ δὲ Τιμαίου φιλότιμον καὶ φιλέγκλημον οὐδεὶς ἂν ἀποδέξαιτο* Geelius, *οὐ δέξαιτο οὐδ' ἀποδέξαιτο M,* quod ex

οὐδ' ἀποδέξαιτο

archetypi variis scripturis *οὐ δέξαιτο* ortum esse videtur.

Pag. 870,15 *διὸ καὶ βουλόμενοι κατ' ἀξίαν τῶν ἔργων ποιήσασθαι τὴν ἐξήγησιν οὐ τὰς ἐκ τῶν δυεῖν ἐτῶν πράξεις κατατετάχαμεν εἰς μίαν βύβλον*: *ἐκ τῶν* correxit Hultschius pro *ἐν κτῶν M*, quod hanc archetypi dittographiam indicare videtur: *ἐν* ^{κ}*τῶν*.

Pag. 894,24 *ἀλλ' εἰ μὲν πρὸ τοῦ Ῥωμαίους διαβαίνειν εἰς Λιβύην αὐτὸς ἐξ Ἰταλίας ἐκχωρήσας προύτεινας τὰς διαλύσεις ταύτας, οὐκ ἂν οἴομαί σε διαψευσθῆναι τῆς ἐλπίδος*: *προύτεινας* Hultschius, *προύτεινες* M[s] Scaliger, *προύτεινεν εἰς* FS, quod archetypi varias scripturas *προύτειν*$\overset{ες}{εν}$ indicat.

Pag. 896,24 *ἐὰν δὲ ἐκβιάζωνται κατὰ τὴν τῶν θηρίων ἔφοδον*: *κατὰ* correxit Reiskius pro *καὶ κατὰ* FS. Verba enim *καί* et *κατά* in Polybii codicibus non solum saepe confusa sunt (conf. exempli gratia 752,14), sed etiam *καὶ* ante *κατὰ* saepe interpolatum invenitur, quod fortasse ex archetypi variis scripturis explicandum est. Conf. 909,21 *καὶ καθυπερβολὴν* P pro *καθ' ὑπερβολήν*.

928,22 *κατὰ* M[s] Schweighaeuser, *καὶ κατὰ* FS.

985,24 *Φίλιππος δὲ κατὰ τὸν αὐτὸν καιρὸν πυνθανόμενος*, ubi *καὶ* ante *κατὰ* additum in FS delevit Bekkerus.

996,26 *καὶ κατὰ* FS pro *κατά*.

Simili modo 133,25 *παρῆν βοηθῶν καὶ κατὰ σπουδὴν εὐτυχῶς εἰς δέοντα καιρόν*, ubi *καὶ* post *σπουδὴν* transponere voluit Schweighaeuser, *καὶ* fortasse delendum est.

Pag. 897,21 *τοὺς γὰρ τοιαύτας ἔχοντας διαλήψεις κατ' ἀνάγκην ἀεὶ κρατεῖν τῶν ἀντιταττομένων*: *κρατεῖν δεῖ τἀναντία|ταττομένων* FS, *δεῖ* delevit Gronovius, alterum mendum correxit Schweighaeuser, qui ad *δεῖ* adnotat: *δεῖ* fortasse ex repetita iniquo loco particula *ἀεὶ* ortum est ob litterarum *Δ* et *Α* similitudinem.

Certe hoc loco in archetypo *ἀεὶ* et *δεῖ* scriptum erat, quod simplici repetitione fieri potuit, aut *δεῖ* corruptum per *ἀεὶ* correctum erat.

Pag. 914,1 *καινοποιῆσαι τὴν θεραπείαν καὶ τὰ περὶ τὴν αὐλὴν φυλακεῖα, παραπλησίως δὲ καὶ κατὰ τὴν ἄλλην πόλιν* Müllerus; *παραπλήσια ὡς δὲ* Q archetypi varias scripturas indicat, cum corrupta scriptura *παραπλήσια* recte per *ως* corrigeretur.

Pag. 918,1 *οὕτως ὥστε μηδ' αὐτὸν εἰδέναι μήτε πῶς τὸ παράπαν ἐκ τῆς ἐκκλησίας ἀπελύθη* FS, *μήτε* delevit Schweighaeuser, *μήτε τοὺς ἑτέρους* vel *τοὺς περὶ αὐτὸν* coniecit Reiskius. Atque Hultschius Schweighaeuserum sequens adnotavit: at vero aptissimum *μηδ' αὐτὸν* ne ipsum quidem, ac facile *μήτε* e dittographia oriri potuit.

Pag. 922.16 *ἤδη δὲ τῆς ἡμέρας ὑποφαινούσης*: ante *ὑποφαινούσης* in FS traditum est *εὖ*, quod ex dittographia *ἐπι* et *ὑπο* ortum esse intellexit Hultschius. Atque in archetypo falsa scriptura *ἐπιφαινούσης* et correctio *ὑποφαινούσης* fuisse videtur. Conf. 64,6 *τῆς ἡμέρας ὑποφαινούσης*, item 72,8 1135,11 *τῆς ἐαρινῆς ὥρας ὑποφαινούσης N (ἀποφαινούσης* Ursinus*)*. 656,27 *τῆς ἡμέρας ἐπιφαινομένης*.

Pag. 939,19 *πρὸς δύο πλέθρα τοῦ τείχους αὐτοῖς ἐξήρεισται* Hultschius, *ἐξεπήρεισται* FS, *ἐξυπήρεισται* Schweighaeuser; sed rectius idem in librorum scriptura dittographiam agnovit ipseque *ὑπήρεισται* suspicatus est. Atque *ἐπ* corrupta archetypi scriptura esse videtur. Conf. 625,20.

Pag. 953,17 *οὐδαμῶς ἐβούλετο παραχειμάζειν κατὰ τὴν Ἀσίαν φοβούμενος μὲν οὖν καὶ τοὺς Αἰτωλοὺς καὶ τοὺς Ῥωμαίους* P. *μὲν οὖν* Hultschius recte suspicatur orta esse ex *μένους* varia scriptura ad *φοβούμενος*. Certe enim in archetypo propter sequens *τοὺς Αἰτωλοὺς* per errorem *φοβουμένους* scriptum erat, deinde *φοβούμενος* correctum.

Pag. 1092,11 *οἱ ῥόδιοι (Λύκιοι* recte Schweighaeuser*) διελέγοντο περὶ ναυμαχίας. ἤτοι συμμαχίας* O. Quae dittographia quamquam in codice Monacensi orta esse potest, tamen probabilius ad archetypum refertur, ubi per lapsum calami primum *ναυμαχίας* scriptum esse videtur.

Pag. 1145,11 *τῶν δὲ περὶ Εὐμένη καὶ Ἀριαράθην (ἀριαράθα O) προσδεξαμένων τοὺς λόγους καὶ παραχρῆμα συνεξαποστειλάντων πρεσβευτὰς παρὰ τὸν πρὸς τὸν Φαρνάκην* O, *παρ' αὐτῶν* Ursinus, *παρ' αὐτῶν* editores.

Sed causa non est, cur Polybius *παρ' αὐτῶν* adiecerit. Immo in archetypo primum per errorem *παρὰ τὸν* scriptum, deinde *πρὸς τὸν* correctum esse videtur.

Pag. 1169,8 *ἡ σύγκλητος ἀπεκρίθη διότι Κοΐντῳ Μαρκίῳ δώσει τὴν ἐπιτροπήν: κόϊντον τῷ μαρκίῳ* O expressa archetypi dittographia *κόϊντον* (*τῳ* supra) *μαρκίῳ*.

Pag. 1204,13 *τοῖς μὲν γὰρ περὶ τὸν Καλλικράτην (καλλικράτιν O) καὶ Διοφάνην καὶ σὺν τούτοις Ὑπερβάτωνον οὐκ ἤρεσκε διδόναι βοήθειαν* O, *Ὑπερβατονον* Ursinus, dittographiam agnovit Hultschius.

In archetypo enim primum *ὑπερβάτῳ* scriptum erat (quam falsam esse scripturam hiatus prodit), deinde recte *ον* correctum est. Conf. v. 16 *τοῖς δὲ περὶ τὸν Ἄρχωνα καὶ Λυκόρταν καὶ Πολύβιον* cet.

Pag. 1317,1 *ὡς ... ἐκ χειρὸς προσεπιθήσουσι τὴν δίκην αὐτοῖς ὡς προδόταις γεγονόσι* OU. Reiskius autem dixit: aut *προσθήσουσι* legendum aut *ἐπιθήσουσι*, separatum quodque, non autem coniuncte; conflata est ea lectio e duplici, quae alia in aliis libris olim fuit.

Contra quem adnotat Schweighaeuser: at ita amans est Polybius verborum non solum compositorum, sed dupliciter compositorum, ut minime sollicitanda videatur vulgata scriptura.

Cum autem hoc verbum nusquam alibi apud Polybium legatur neque sententia efflagitet praepositionem *προς*, ego Reiskium sequens in archetypo puto *επι* super *προσθήσουσι* recte scriptum fuisse.

Omnibus fere locis, quos ex excerptis adhuc contuli, corrupta quaedam scriptura, quae plane falsa erat, atque librarii cuiusdam emendatio facile discerni poterat.

Sed habemus etiam alios locos, quibus non de emendatione corruptarum lectionum agitur, sed diversae scripturae confusae sunt:

Pag. 554,10 ὅ ··· πεπεισμένοι τυγχάνουσι διὰ τὸ τὰ σφῶν πράγματα σχεδὸν πάντα τὴν σύγκλητον κυροῦν correxit Reiskius, πάνταπρος|τὴν FS, quae verba ex duabus scripturis orta esse videntur. Legitur enim 829,12 τὰ πρὸς διαβολὴν κυροῦντα καὶ κατηγορίαν (quo loco κυρεῖν idem significat atque ἀνήκειν).

Sed hoc loco verbum κυροῦν recte usurpatum est, quod saepe similiter Polybius adhibuit, conf. 604,11 τὰ μὲν τοῦ πολέμου τοῦ πρὸς Ῥωμαίους ἐκεκύρωτο τὸν τρόπον τοῦτον. 348,10 τὰς κυρούσας τὰ διαβούλια γνώμας. 457,26 ὧν κυρωθέντων.

In archetypo autem fortasse variae lectiones κυροῦν et κυρεῖν πρὸς scriptae erant, quae ab excerptore confundebantur.

Pag. 680,10 ὁ δὲ προλαβὼν τὸν καιρὸν Scaliger, ὁ δὲ προειρημένος λαβῶν FS, προειρημένον προλαβὼν Naber. Hultschius adnotavit: „codicum scriptura e dittographia προειληφὼς et προλαβὼν orta esse videtur.“ Certe προλαβὼν vera scriptura est (conf. ὑπεράρας versu 7).

Pag. 806,15 κατὰ δὲ τὸν καιρὸν τοῦτον καὶ λαίλιος καὶ γάϊος FS, Γάιος Λαίλιος scripsit Casaubonus, quod ab editoribus vulgo receptum est.

Atque Γαίος Λαίλιος saepe commemoratur, ut 714,11 et 721,4.

Eo autem capite, quod autecedit, tantum γάιος scriptum invenitur, conf. 805,19 805,26 807,9.

Itaque cum codex Urbinas mire haec vocabula tradiderit, aut Γάιος aut Λαίλιος scribendum esse videtur.

Pag. 863,28 ἀλλ' ἀρχιτέκτων ὑπάρχων καὶ διά τινας ἐπισκευὰς καὶ κατασκευὰς τῶν τειχῶν cet FG, ἐπισκευὰς PS. Quamquam ἐπισκευὰς καὶ κατασκευὰς coniuncta leguntur, ut 553,22 εἰς τὰς ἐπισκευὰς καὶ κατασκευὰς τῶν δημοσίων, item 557,13, tamen hoc loco in archetypo varias scripturas fuisse suspicari possumus, praesertim cum codex Peirescianus tantum ἐπισκευὰς tradiderit. Legendum igitur est ἐπισκευάς.

Pag. 885,20 διὸ καὶ παραυτίκα προχειρισάμενος πρεσβευτὰς Λεύκιον Σέργιον καὶ Λεύκιον Βαίβιον καὶ Λεύκιον Φάβιον

ἐξαπέστειλε: *σερούϊον* FNS, correxit Gronovius *Σέργιον*. *Βαίβιον* coniecit Schweighaeuser auctore Casaubono pro *σείτιον* FDG, *σιτίον* N, *Σέντιον* Gronov. *φαμιον* (sine acc.) N.

Quae nomina iam in archetypo corrupta esse videntur. Sed *σείτιον* ex *Βαίβιον* ortum esse vix credibile est, immo *σείτιον* ex *σέργιον* corruptum esse videtur. Pro *σέργιον* enim in archetypo duae scripturae fuisse videntur (*τ* et *γ* saepe confusa sunt), quarum altera in secundi nominis locum postea irrepsit, si omnino tria nomina scribenda sunt.

Conf. 889,22, ubi Baebius quidam commemoratur.

Pag. 1008,1 *καὶ τὸ μὲν παρὰ τοῖς ἄλλοις διαχωρεῖν ἴσως οὐ θαυμαστὸν, τὸ δὲ παρ' οἷς ἡ πηγὴ τῆς τοιαύτης ὑπάρχει κακοπραγμοσύνης* FS, *θαυμάσιον* Suidas, sed servavit idem, ut Hultschius adnotat, Polybianam scripturam *θαυμαστὸν*, quae post *κακοπραγμοσύνης* in codicibus additur glossamque concludit.

Quamquam autem hoc loco paulum ab epitomatore oratio immutata esse videtur, tamen Suidae scripturae, qui ex excerptis Constantinis hausit, fortasse archetypi dittographiam indicant. Atque per se utrumque vocabulum legi potest, *θαυμαστὸν* autem, quod et a Suida et Urbinatis excerptis traditum est, praeferendum esse videtur.

Conf. 136,30 *ἴδιον ἦν καὶ θαυμαστὸν τὸ συμβαῖνον*. 213,5 *τοῦτο μὲν γὰρ οὐ θαυμαστόν*. 1015,20 *θαυμαστὸν γὰρ ἦν καὶ τὸ Ῥωμαίους ἐπὶ ταύτης γενέσθαι τῆς προαιρέσεως*. 1329,28 *θαυμαστὸν ἐφάνη καὶ παράδοξον τὸ γεγονός*.

θαυμάσιον legitur 5,2 *τὸ θαυμάσιον τῶν καθ' ἡμᾶς καιρῶν*. 206,17 *πῶς δὲ καὶ τίνα τρόπον* · · · *παρεισάγουσι θαυμάσιον*.

Pag. 1061,12 *ὁμοίως δὲ καὶ παρ' αὐτῶν ἐξέπεμψαν πάλιν πρεσβευτὰς εἰς τὴν Ῥώμην Ἀλέξανδρον τὸν Ἴσιον ἐπικαλούμενον καὶ Φαινέαν, σὺν δὲ τούτοις Κάλλιππον τὸν Ἀμβρακιώτην καὶ Λύκωπον*: *Κάλλιππον* vel *Δάμιππον* coniecit Reiskius, *Χάριππον* Hultschius, *χαλεπὸν· ἔστι δ' ἄλιπον* U, *χαλεπὸν· ἔστι δ' ἄλυπον* O, *Χάροπα ἔτι δ' Ἄλυπον* Ursi-

nus. Nec tamen, ut Hultschius recte adnotat, duo nomina, sed eiusdem nominis scriptura duplici modo corrupta in codicibus exstat.

Pag. 1257,14 *οἱ δὲ περὶ τὸν Τορκουᾶτον διακομισθέντες εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν*: *τορκουάτον καὶ τὸν τῖτον* OU, *καὶ τὸν τῖτον* delevit Schweighaeuser (Polybius scripsisset *οἱ δὲ περὶ τορκουᾶτον καὶ τῖτον*, conf. 1204,14 et 16). Pag. 1248,26 idem vir *Τίτος Τορκουᾶτος* nominatur, sed 1256,24 tantum *οἱ δὲ περὶ τὸν Τορκουᾶτον*, item 1257,23. 1259,12 *τοὺς περὶ Τίτον*, item versu 21.

Hoc igitur loco in archetypo variae scripturae erant, cum verba *καὶ τὸν τῖτον* ex alio quodam fonte fluxissent.

Nunc ad eos locos accedam, ubi falsae in archetypo coniecturae prolatae esse videntur.

Pag. 579,5 *συναθροίσας γὰρ τὸ στρατόπεδον ὁ χιλίαρχος καὶ προαγαγὼν εἰς τοὺς λελοιπότας* FS, *εἰς μέσον* coniecit Gronovius. *εἰς*, quod certe delendum est, ortum esse videtur ex varia scriptura *εις* i. e. *εισαγαγὼν*. Conf. 232,4 *αὐτὸς δὲ συναγαγὼν τὰς δυνάμεις εἰσήγαγε τοὺς βασιλίσκους* cet. 804,3 *οἱ τῆς στάσεως αἴτιοι γεγονότες εἰσήγοντο.*

Sed *προάγειν* simili ratione usurpatum invenitur neque offendendum est.

Pag. 583,31 *διὸ καὶ κατά τε τὴν τῆς ὅλης παρεμβολῆς θέσιν πᾶν ἀναγκάζονται σχῆμα μεταλαμβάνειν, ἑπόμενοι τοῖς τόποις, τά τε μέρη μεταλλάττειν ἄλλοτε πρὸς ἀλλήλους καὶ κατ' ἀλλήλους τόπους* FS. Pro *ἀλλήλους* Hultschius coniecit *ἀλλοίους.* Pro *καὶ καταλλήλους*: *καὶ ἀκαταλλήλους* Reiskius, *κἀκαταλλήλους* Hultschius. Sed ne haec quidem coniectura probabilis est.

Dicit enim Polybius hac sententia Graecos sequentes varias locorum proprietates modo hanc modo illam castrorum formam adhibere.

Codicis autem Urbinatis scriptura archetypi varias lectiones indicat. Videtur enim ad *πρὸς ἀλλήλους*, quod ex *πρὸς ἀλλοίους* corruptum erat, aliquis *κατ' ἀλλήλους*

adscripsisse, qui praepositionem *κατὰ* melius quadrare putaret quam *πρὸς*. Sed *πρὸς ἀλλοίους* vera atque genuina scriptura est.

Conf. 25,20 *ἄρχεσθαί τε καὶ λήγειν ... πρὸς τὰ κελευστοῦ παραγγέλματα.* 254,3 *ἐγένετό τις εὔροια πραγμάτων πρὸς τὴν ἐξ ἀρχῆς ἐπιβολὴν τῶν Ἀχαιῶν.* 160,3 *πάνυ δὲ πρὸς λόγον ἡγεῖτο γίνεσθαι.* De *ἀλλοῖος* conf. 218,23 *ἀλλοιοτέρας ἕκαστα τυγχάνει δοκιμασίας.*

Pag. 634,5 *οὐκ ἔστι τῶν αἰσχρῶν καὶ δεινῶν, ὅπερ ἀπολέλοιπεν* P, correxit Reiskius *παραλέλοιπεν.*

Conf. 1,2 *εἰ... παραλελεῖφθαι συνέβαινε τὸν ὑπὲρ αὐτῆς τῆς ἱστορίας ἔπαινον.* 144,12 *ἀμνημόνευτον παραλιπεῖν.* Hoc loco videtur in archetypo pro *παρα* in *περ* corrupto falsa praepositio a librario addita esse.

Pag. 853,20 *καὶ σχεδὸν εἰς τὸ παραπλήσιον ἐμπίπτει τοῖς περὶ τοὺς ἐν Ἀκαδημίᾳ τόπους χείριστα τὸν λόγον ἠσκηκόσι* coniecit Hultschius, *λόγους τὸν προχειριστότατον λόγον* legerunt Ma. et Hey. in codice M (pro quibus coniecerunt *λόγους τὸν προχειρότατον γέλωτι* Orellius, *λόγους τοῖς τὰ προχειρότατα τὸν λόγον* Spengelius). Hultschius vero adnotavit: in *τὸν προ* latere videtur dittographia ad interpolatum *λόγους.*

Immo videtur in archetypo *τὸν προ* ex *τόπους* corruptum esse, deinde ex proximo versu *λόγον (λόγους)* in hunc locum falso irrepsisse.

Pag. 865,10 *ἐφυγάδευσε δὲ τοὺς κατὰ πλέον πλούτῳ διαφέροντας ἢ δόξῃ προγονικῇ* PF *(διαφθαρέντας* FS).

Iam Reiskius coniecit fortasse *τοὺς κατὰ πλοῦτον διαφέροντας* legendum esse. Contra quem Schweighaeuser: nos quidem vulgatum sollicitare non ausimus, quamvis pleonasmo illo carere possemus.

Sed nusquam, ut ego sciam, *κατὰ πλέον* usurpavit Polybius, sed *ἐπὶ (τὸ) πλεῖον,* conf. 7,31 192,31 248,11, *κατὰ τὸ πλεῖστον* 88,4.

Cum *διαφέρειν* coniunctum videmus *παρὰ πολύ* 933,5, *πολύ* 951,21, *πρὸς τὸ βέλτιον* 989,3.

Itaque Reiskium sequar atque pro *κατὰ πλέον* scribam *κατὰ πλοῦτον,* ad quod in archetypo *πλούτῳ*

propter sequens *ἡ δόξῃ προγονικῇ* adscriptum esse videtur.

Pag. 881,7 Hultschius recte scripsit: *οἱ μὲν οὖν Κελτίβηρες τοῦτον τὸν τρόπον ἀπώλοντο, μεγάλην παρασχόμενοι χρείαν τοῖς Καρχηδονίοις οὐ μόνον παρ' ὅλην τὴν μάχην ἀλλὰ καὶ κατὰ τὴν φυγήν*: post *μεγάλην* addiderunt *παρ' ὅλην* FS, pro *παρ' ὅλην*: *κατὰ* FS, quod Hultschius ex proximo *κατὰ* interpolatum esse putat, postquam verba *παρ' ὅλην* suo loco mota sunt.

Hoc igitur loco rursus librarius corruptum archetypi contextum falsa coniectura sanare conatus est.

Pag. 922,21 *περιελθόντες τὰς μὲν πρώτας τῆς πρώτης σύριγγος ἐξέβαλον θύρας, ἐγγίσαντες δὲ τῆς δευτέρας* cet. FS, *πρώτης* delendum esse recte coniecit Schweighaeuser; nam una tantum *σύριγξ* (fornicata ambulatio) commemoratur.

Sed miri aliquid in his verbis inesse videtur. Versu enim 4 legimus: *μετὰ δὲ ταῦτα δύο θύρας ἀσφαλίσαμενος τὰς πρώτας εἰς τὴν τρίτην ἀνεχώρησε*. Itaque hoc quoque loco (v. 22) *τῆς τρίτης* pro *τῆς δευτέρας* scribendum esse conicere possit aliquis. Quod falsum esse ex pag. 923,26 elucet, ubi legimus: *αὐτοὶ δὲ ταῖς δευτέραις θύραις ἐγγίσαντες ἐξέωσαν καὶ ταύτας*.

Eo igitur, quem tractamus, loco primum *τὰς πρώτας θύρας* de valvis primae portae, deinde *τῆς δευτέρας* in universum de secunda porta dictum est.

Quod non recte intellegens fortasse iam in archetypo *τῆς πρώτης σύριγγος* aliquis coniecit, qui *τῆς δευτέρας* ad *σύριγγος* referret.

Pag. 1078,18 *ἐπὶ ταῦτα τὰ μέρη ποιήσασθαι τὴν ἔξοδον*: *τὰ* ante *ταῦτα τὰ* addidit O, quod dittographiam archetypi *ταῦτα τὰ* et *τὰ αὐτὰ* indicare videtur. *τὰ αὐτὰ* fortasse aliquis coniecerat, quod iam versu 14 legitur: *συνέβη δὲ ταῖς πρότερον ἡμέραις τοὺς ἐπὶ τὰς ξυλείας καὶ χορτολογίας ἐκπορευομένους . . . ἐπὶ ταῦτα τὰ μέρη πεποιῆσθαι τὴν ἔξοδον*.

Pag. 1090,10 *βουλόμενοι κατακηρυχθῆναι τὰς κρίσεις τὰς κατὰ τῶν περὶ τὸν Ζεύξιππον, ἃς ἦσαν πρότερον αὐτοῖς*

ἔτι ὑπογεγραμμένοι OU, Reiskius transpositis verbis *ἔτει πρότερον* coniecerat (sed Polybius scripsisset *τῷ πρότερον ἔτει*, ut 1205,18).

Schweighaeuser autem contra aliorum interpretationes atque coniecturas haec monet: „fortasse satis fuerit: sententias vel condemnationes, quas iam ante contra illos perscripserant vel consignaverant.“ Sub contextu *ἐπιγεγραμμένοι* conicit Schweighaeuser. Quae scriptura vera esse mihi videtur conferenti 1146,5 *ἐπεγράφη δὲ καὶ Μιθριδάτῃ · · · τριακόσια τάλαντα, διότι παραβὰς τὰς πρὸς Εὐμένη συνθήκας ἐπολέμησεν Ἀριαράθῃ*. Eodem enim modo dici potest *κρίσιν ἐπιγράφειν τινί*, id est poenam. In archetypo autem certe variae scripturae *ἐπι* (quod fortasse iam in archetypo in *ἐτι* corruptum erat) et *ὑπο* scriptae erant.

De *ἐπὶ* et *ἔτι* saepe confusis conf. 1107,4 *ἐπιγένοιτο* NOU pro *ἔτι γένοιτο*. 1142,12 *οὐκέτι* M pro *οὐκ ἐπί*. 1322,11 *ἐπιφαινομένης* OU pro *ἔτι φαινομένης*.

Pag. 1196,16 *πρὸς πάντας κρῆτας εἰς* O, *κρῆτας* Ursinus, *Κρηταιεῖς* recte Schweighaeuser, conf. 1295,18 *πρὸς Κρηταιεῖς*.

Codicis Monacensis scriptura ex hac archetypi dittographia orta esse videtur: *κρηταιεῖς* (supra scriptum: *κρητας*).

Pag. 1361,21 *ἅμα μὲν τοῦ πλήθους εἰς ἐπίστασιν παραγενομένου διατὴν ὑπερ τῆς εἰστὸν σωσικράτη παρανομίας* P, dittographiam agnovit Reiskius, correxit Benseler *διὰ τὴν εἰς τὸν Σωσικράτη παρανομίαν*.

Atque *εἰς ἐπίστασιν παραγενομένου* cet. significat: populum inhibuisse saevitiam. A librario autem, qui coniecturam *ὑπὲρ τῆς* in archetypo adscripsit, *ἐπίστασις* alio sensu intellectum esse videtur, conf. pag. 1359,1 *τὴν ὑπὲρ τῶν ὅλων ἐπίστασιν καὶ διάληψιν*, ubi *ἐπίστασις* curam vel sollicitudinem significat.

Qua notione etsi persaepe usurpatur hoc vocabulum, tamen hoc loco alteram interpretationem scripturamque veram esse ipso hiatu demonstratur, qui oreretur, si *ὑπὲρ τῆς* scriberemus.

Explicandi magis quam emendandi causa variae scripturae his locis adscriptae fuisse videntur in archetypo:

Pag. 832,8 *μετὰ δὲ ταῦτά φησι τοὺς μὲν ἱππεῖς τάξαι παρὰ θάλατταν, τοὺς δὲ μισθοφόρους ἑξῆς τούτοις παρ' αὐτὸν τὸν ποταμὸν εχομένους τούτοις* FS, *ἐχομένους τούτοις*, quod interpretamentum olim ad *ἑξῆς τούτοις* adscriptum non eo ipso loco, sed versu archetypi interiecto in contextum irrepsisse suspicatur Hultschius, delevit Reiskius recte; nam *ἔχεσθαι* hac notione semper cum genitivo, non cum dativo coniungitur.

Simili modo pag. 301,16 *ἑξῆς δὲ τούτοις κατόπιν αὐτὸς ἦγε συνεχῆ τὰ βαρέα τῶν ὅπλων*, vocabulum *συνεχῆ* fortasse delendum est.

Pag. 1253,17 *γενομένων δὲ πάντων καθὼς προείρηται*: post *δὲ* legimus in codice Monacensi *ἤ*, quod fortasse ex varia scriptura *ἤ* ad *καθὼς* adscripta ortum est.

Nunc de nonnullis locis dubiis agam, qui fortasse ex archetypi variis scripturis explicandi sunt. Neque vero certi quidquam proferre velim atque etiam alio modo loci illi corrupti esse possunt.

Pag. 544,7 *τότε δήπου, καθάπερ ἐπὶ τῶν ἄλλων ζῴων καὶ ἐπὶ τούτων συναθροιζομένων (ὅπερ εἰκὸς κατὰ τοῦτο εἰς τὸ ὁμόφυλον συναγελάζεσθαι διὰ τὴν τῆς φύσεως ἀσθένειαν)* F (*εἰκῶς* F[1] correxit F[2]).

Hoc loco perdifficili atque certe corrupto nihil nisi coniecturas proferre possumus. Atque maxime Scaligeri sententia placet, qui *ὅπερ* omissis postea *τοῦτο εἰς* scripsit; verba enim *κατὰ τοῦτο* intellegi non possunt.

Quamquam autem ea, quae antea leguntur, vix recte se habent, tamen illa in dubio relinquam. Eo autem loco, qui in parenthesi legitur, Scaligeri coniecturam sequens sic scribam: *ἅπερ εἰκὸς κατὰ τὸ ὁμόφυλον συναγελάζεσθαι*, i. e. quae congregari secundum generis propinquitatem veri simile est. Verba enim *εἰς τὸ* variam scripturam continere videntur ad *κατὰ τό*, quod

in *κατὰ τοῦτο* corruptum est, adscriptam, cum librarius verba *κατὰ τὸ* non recte intellegeret.

Pag. 668,17 *οἵ τε Καρχηδόνιοι πάλιν εὐλόγως οὔτε στρατοπεδεύσαντες μετὰ τῆς ἵππου μένειν ἐδύναντο πλείω χρόνον διὰ τὸ τὰ μὲν ἐν τῇ παρακειμένῃ χώρᾳ χορτάσματα πάντα κατεφθαρκέναι τοὺς Ῥωμαίους αὐτοῦ τούτου χάριν, τοῖς δὲ νώτοις οὐκ ἐφικτὸν εἶναι τοσαύτῃ μὲν ἵππῳ, τοσούτοις δ' ὑποζυγίοις κατανύσαι χόρτον ἢ κριθὰς κομίζοντας ἐκ μακροῦ διαστήματος* F. Casaubonus vertit *τοῖς νώτοις* per „dossuariorum vectione" probante Schweighaeusero, sed nusquam similiter Polybius hoc vocabulo utitur. Notio autem: „a tergo" a Polybio semper per *κατὰ νώτου* exprimitur, conf. 284,25 *ἔχων δὲ κατὰ νώτου χορηγίας ἀφθόνους*, item 747,19, 773,27, 806,18 et 26, 947,25 alias. Hultschius *τοῖς δὲ Νομάσιν* coniecit nullo argumento fulcitum.

Fortasse *τοῖς νώτοις* ex corrupta dittographia verbi *τοσούτοις* (fort. *τοιούτοις*) orta sunt atque scribendum est *οὐκ ἐφικτὸν' δ' εἶναι* cet.

Sed etiam aliud in his verbis latere potest.

Pag. 697,19 *ἐπεὶ δὲ συντετελεσμένης ὑπ' Ἀντιγόνου τῆς πολυθρυλήτου ταύτης ἐλευθερίας καὶ σωτηρίας ην εἰ τούτων ἕκαστον ἡμῖν ὀνειδίζωσιν* F, *ἣν οὗτοι παρ' ἕκαστον . . . ὀνειδίζουσι* Casaubonus, *ἣν ἥσθεσθ' ἐκ τούτων ἕκαστον ὑμῖν ὀνειδίζοντα* Hultschius, quod audacius est, quam ut probetur, neque ab Hultschio in contextum receptum est.

Mihi sequenti Casauboni coniecturam pro *ην*, quod non recte intellegebatur, varia scriptura *εἰ* in archetypo falso adscripta esse videtur, cum *ἕκαστον* obiectum esse putaret librarius.

Pag. 765,12 *περὶ ὧν γὰρ ἀδύνατον γνῶναι πρὶν ἢ γενέσθαι, περὶ τούτων οὐδὲ συνθέσθαι πρὸ τοῦ δυνατὸν* F. Verba *πρὸ τοῦ* offensionem praebent, nam per signa aliquid significare, priusquam factum sit, inepte dictum est. Itaque *πρὸ τοῦ* variam esse scripturam ad *πρὶν ἢ* suspicor.

Pag. 769,8 *παραγενόμενος δ' εἰς τὴν ἔρημον ἐπί τινας καὶ πέτρας ἀπορρῶγας* (*ἀπορρωγὰς* F) *ἐξωθεῖ τὸ ῥεῦμα*

(ῥεύματι F) F, *θῖνας καὶ πέτρας* coniecit Scaliger, *τινας λευκοπέτρας* Schweighaeuser.

In *καὶ*, quod saepe confusum est in codicibus cum *κατὰ*, varia scriptura ad *ἐπὶ* latere videtur. Atque fortasse *κατά τινας* legendum est, conf. 204,10 *προσαγαγὼν ἔργα κατὰ πλείους τόπους*.

Pag. 794,10 *οὐ μὴν ἀλλὰ ταῖς ἑξῆς ἐπί τινας ἡμέρας τάς τε δυνάμεις ἐκτάξαντες ἐν τῷ μεταξὺ πεδίῳ (καὶ* Hultsch.) ... *ἀκροβολισμοὺς ποιησάμενοι καὶ καταπειράσαντες ἀλλήλων* cet. F.

ταῖς ἑξῆς ἐπί τινας ἡμέρας certe falsum est, atque duae scripturae hoc loco confusae esse videntur. Conferantur hi loci: 241,20 *ταῖς δ' ἑξῆς μέχρι μέν τινος ἀσφαλῶς διῆγε τὴν στρατιάν*. 1051,7 *ταῖς δ' ἑξῆς ἡμέραις οἱ Ῥωμαῖοι διεῖλον τὰς δυνάμεις*.

Persaepe vero *ἐπί* cum accusativo invenitur similiter usurpatum, ut 86,23 *ποιοῦνται τὴν φυγὴν ἐπὶ δύο ἡμέρας καὶ τρεῖς ἐκτοπίζοντες αὐτούς*. 1111,9 *οὐσῶν δὲ πρεσβειῶν πολλῶν καὶ τῆς εἰσόδου τούτων γενομένης ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας*. conf. 396,20, 400,17, 466,24, 523,28, 636,13, 769,30, 785,7.

Hoc loco ego quidem suspicor *ἐπὶ τὰς ἑξῆς ἡμέρας* esse veram scripturam atque *ταῖς ἑξῆς* non recte adscriptam dittographiam.

Pag. 923,7 *καθ' ὅσον δὲ προβαίνων κατὰ τὴν ἡλικίαν* ... *κάλλιστα καὶ σεμνότατα δοκεῖ προστῆναι τοῦ τε βασιλέως καὶ τῆς βασιλείας, καὶ κατὰ τοσοῦτον καὶ ὅσον κεκολακευκέναι τὴν Ἀγαθοκλέους εὐκαιρίαν* F, *κατὰ τοσοῦτον* correxit Bekkerus, *καὶ κατὰ τοσοῦτον καθ' ὅσον* Casaubonus.

Cum vix intellegi possit, cur verba *καὶ ὅσον* interpolata sint, suspicor, in archetypo ad *κατὰ τοσοῦτον* variam scripturam fuisse *καὶ ὅσον*, quod ex vera

κατὰ τοσοῦτον.

scriptura corruptum erat: *καὶ ὅσον.*

Pag. 1040,10 *ὁ δὲ Πόπλιος πάλαι πρὸς τὰς κατὰ τὴν Ἀσίαν πράξεις παρωρμημένος ταχέως ἔπεισε τὸν ἀδελφόν* cet.: *ταχέως ἔσται πεισε* O. In *ἔσται* varia scriptura *ἐς (εἰς) τὰς*

ad *πρὸς τὰς* latere videtur; sed si quidem *εἰς τὰς* in contextu archetypi scriptum erat, certe falsum erat (propter hiatum).

Pag. 1092,8 *μεγάλης δ' οὔσης τῆς παραλλαγῆς περὶ τὰς ἑκατέρων ὑπολήψεις*: *μεγάλος δουξ, σπουδῆς τῆς παραλλαγῆς* O. Videtur in archetypo *οὔσης* in *σπουδῆς* corruptum atque *δ' οὐσ* superscripto *δ' οὔσης* correctum esse.

Pag. 1237,8 *τοὺς δὲ τὰ Ῥωμαίων αἱρουμένους*: *τοῖς δὲ τὰ εἰς ῥωμαίων* O. *εἰς* ortum esse potest ex correcta
ους
archetypi corruptela *τοις*.

Plerisque locis, quos tractavimus, ita ortae sunt archetypi variae scripturae, ut ad verba corrupta aut non recte intellecta, alia adscriberentur. Quorum permulta fuisse, quae falso coniecta non ex antiquo quodam fonte fluerent, ex eis, quae attuli, elucet. Neque vero omnibus locis eundem in modum corrigebatur archetypus, sed quae hoc loco corrigebantur, illo loco fortasse intacta remanserunt. Totum igitur archetypum secundum alius cuiusdam codicis antiqui exemplar correctum fuisse negandum est.

Aliis autem locis non ex librarii cuiusdam ingenio fluxerunt emendationes.

Neque vero veri simile est omnes, quas attuli, archetypi varias scripturas ad eandem manum referendas esse, cum tam diversa genera discerni possint.

Sed nihil certi de hac re dici potest.

V.

Non solum autem variae lectiones in archetypo scriptae fuerant, sed etiam interpolationes, quarum multas ex eodem fonte ortas esse, ex quo variae scripturae fluxerunt, veri simile est. Atque consensu codicum ad archetypum referenda sunt:

Pag. 218,12 *ἀπὸ τῶν κατὰ Πύρρον καιρῶν* Hultschius, *ἀπὸ τῶν κατὰ Πύρρον καὶ Τίμαιον συγγραφέων καὶ καιρῶν ἐξηγήσεως* AMB.

Pag. 367,28 *ἥτις νῦν συνέστηκεν* AFR, delevit recte Hultschius.

Omnino vero ei loci, quibus in codice Vaticano A interpolationes inveniuntur, ad archetypum referendi esse videntur.

Conf. 71,3 *παράδειγμα* AR, seclusit Bothius.
91,31 *τὴν νῆσον* seclusit Bekkerus.
146,8 *τῆς Ἰταλίας καὶ* A^1, delevit Hultschius.
220,5 *Ἴβηρες* AR, delevit Benseler.
249,8 *καὶ τὰς κακοπαθείας* delevit Hultschius.
277,15 *τῶν πολεμίων* AFDE, delevit Hultschius.
379,23 *πρεσβύτατοι* AR, delevit Hultschius.
420,12 *τοὺς Πρόννους* AR, delevit Naber.

In eis vero, quae sequuntur, nonnullas interpolationes afferam, quas e contextu eiciendas esse puto. Quae quamquam non omnes ad archetypum referendae sunt, tamen hoc loco, ubi de interpretationibus ago, omnes comprehendam.

Pag. 340,6 *οἷς ἠπίστησαν ἔχειν κεκρυμμένα διάφορον ἢ κατασκεύασμα ἢ ἄλλο τι τῶν πλείονος ἀξίων* A^1, verba *ἢ ἄλλο* fortasse interpolata sunt, cum supervacanea sint atque hiatus ferri nequeat.

Pag. 494,23 *Ἱππόλοχος γοῦν ὁ Θετταλὸς οὐ μετὰ πολὺ τριακοσίους ἱππεῖς ἧκεν ἔχων πρὸς αὐτὸν τῶν ὑπὸ Πτολεμαῖον ταττομένων* AR.

Narratur hoc loco complures viros a Ptolemaeo ad Antiochum defecisse, ut versu 20 legimus *εἷς τῶν ὑπὸ Πτολεμαῖον ταττομένων ὑπάρχων, ἀπέστη πρὸς αὐτόν*. Deinde pergitur *πολλοὺς ἐμετεώρισε τῶν παρὰ τοῖς ἐναντίοις ἡγεμόνων*. Atque si deinde additur *Ἱππόλοχος γοῦν* cet., per se elucet illum antea a Ptolemaeo stetisse. Qua de causa veri simile est verba *τῶν ὑπὸ Πτολεμαῖον ταττομένων* (versu 24), quae in fine sententiae mirum habent locum, ex versu 20 repetitos esse.

Pag. 690,28 *τούτου δὲ τἀνδρὸς εἶναί φασιν ἔργα καὶ τὰ κατὰ τὴν Ἰταλίαν εἰς Ἀννίβαν ἀναφερόμενα περὶ τῆς ὠμότητος· οὐχ ἧττον δὲ καὶ τῶν περιστάσεων* P.

Verba *δὲ καὶ τῶν περιστάσεων* iam Reiskium offenderant, sed tota enuntiatio *οὐχ ἧττον δὲ καὶ τῶν περιστάσεων* interpolata esse videtur. Versu enim 8 Polybius dicit: *τὰς μὲν οὖν τῶν περιστάσεων ὑποβολὰς εὐχερὲς καὶ διὰ τῶν προειρημένων καὶ διὰ τῶν μετὰ ταῦτα ῥηθησομένων καταμαθεῖν, τὰς δὲ τῶν φίλων οὐκ ἄξιον παραλιπεῖν* atque hoc et sequenti capite de Hannibalis amicis agitur. Tum pag. 691,21 pergit Polybius: *πλὴν ὅτι γε καὶ τὴν Ἀννίβου φύσιν οὐ μόνον ἡ τῶν φίλων παράθεσις, ἔτι δὲ μᾶλλον ἡ τῶν πραγμάτων περίστασις ἐβιάζετο καὶ μετετίθετο πολλάκις* cet.

Eo autem, quem tractamus loco, de amicis tantum agitur atque verba *οὐχ ἧττον δὲ καὶ τῶν περιστάσεων* addita esse videntur a librario, qui argumentum capitis 26 indicare voluit.

Pag. 763,15 *Αἰνείας δὲ βουληθεὶς διορθώσασθαι τὴν τοιαύτην ἀπορίαν*: verba *ὁ τὰ περὶ τῶν Στρατηγικῶν ὑπομνήματα συντεταγμένος* eo, quo legimus, loco interpolationis suspicionem movent, nisi ab epitomatore oratio paulo immutata est.

Pag. 846,3 *ἐὰν γὰρ ἐκ τῆς ἱστορίας ἐξέλῃ τις τὸ δυνάμενον ὠφελεῖν ἡμᾶς, τὸ λοιπὸν αὐτῆς ἄζηλον καὶ ἀνωφελὲς*

γίνεται παντελῶς M. Iam supra dixit Polybius: *οὔτε ἐμπείρως* ··· *οὔτ' ἐμφαντικῶς οὐδενὸς γραφομένου συμβαίνει τὴν πραγματείαν ἄπρακτον γίνεσθαι τοῖς ἐντυγχάνουσιν*. Deinde pergit, si quis ex historia removerit id, quod nobis prodesse possit, eam *ἄζηλον* fieri. Verba autem *καὶ ἀνωφελὲς* intolerabilia esse iam intellexerunt viri docti, qui *ἀφελὲς* vel *ἀλυσιτελὲς* coniecerunt. Sed unum adiectivum sufficit et *καὶ ἀνωφελὲς* inepte addita esse videntur ab aliquo, qui ea, quae praecedunt, repetivit. Neque placet *καὶ* cum hiatu, qui quamquam post *καὶ* apud Polybium invenitur, tamen non saepe invenitur.

Pag. 980,32 post *ἀλήθειαν* addidit P *ὃ πεποίηκε δημοσθένης*, quae verba recte a Bekkero deleta sunt.

Simili modo pag. 884,13, ubi legimus in codice M *τό γε μὴν ἀπ' αὐτῆς ταύτης δυνάμεως ὁρμηθέντα πεπεῖσθαι γράφειν τὰς ἐπιγινομένας πράξεις καλῶς ὃ πέπεισται Τίμαιος*, verba *ὃ πέπεισται Τίμαιος* fortasse delenda sunt.

Pag. 867,1 *τοὺς δὲ πήχεις εἶχε καὶ τὰς χεῖρας πλήρεις σιδηρῶν γόμφων ὑπὸ τοῖς ἱματίοις, ὁμοίως καὶ κατὰ τοὺς μαστοὺς* FP.

Describitur *εἴδωλον* illud *γυναικεῖον*, quo Nabis Lacedaemoniorum tyrannus ad torquendos interficiendosque homines usus est. Hoc loco, cum verba *ὁμοίως καὶ κατὰ τοὺς μαστοὺς* abrupte dicta sint neque verbum *εἶχε* suppleri possit, *κατὰ* delendum esse puto. Atque ex *καὶ*, cum quo saepe confunditur, facile oriri potuit.

Pag. 948,13 *τὸ δὲ πρὸς ἀλαζονείαν καὶ φαντασίαν ἐπαινούμενον καὶ ζηλούμενον ὡς μέγα τι καὶ θαυμάσιον, ὃ καὶ τὴν κατασκευὴν ἔχει ῥᾳδιεστέραν καὶ τὴν εὐδόκησιν ὀλιγοδεεστέραν, καθάπερ αἱ λοιπαὶ τῶν γραφῶν* P.

Verba *αἱ λοιπαὶ τῶν γραφῶν* Reiskius sic explicat: reliqua scriptionis genera, ut sunt carmina orationes disputationes, quae omnia conferuntur cum historia. Sed talis notio vix inferri potest.

Atque videntur haec verba (*καθάπερ αἱ λοιπαὶ τῶν γραφῶν*) interpolata esse, praesertim cum Polybius iam aliam comparationem attulerit verbis *καθάπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων τεχνῶν καὶ ἐπιτηδευμάτων*.

Pag. 1047,25 *Ἀντίοχος δὲ ταύτης ἀποπεσὼν τῆς ἐλπίδος παρῆν εἰς Ἔφεσον καὶ συλλογιζόμενος ὅτι μόνως ἂν οὕτως δύναιτο κωλῦσαι τὴν τῶν πεζικῶν στρατοπέδων διάβασιν καὶ καθόλου τὸν πόλεμον ἀπὸ τῆς Ἀσίας ἀποτρίβεσθαι εἰ βεβαίως κρατοίη τῆς θαλάττης, προέθετο ναυμαχεῖν καὶ κρίνειν τὰ πράγματα διὰ τῶν κατὰ θάλατταν κινδύνων*: *εἰ* omisit N.

Verba *εἰ βεβαίως κρατοίη τῆς θαλάττης* delenda esse censeo. Primum enim gravissimus hiatus offendit, deinde post *οὕτως* non per *εἰ* pergi potest, cum per *οὕτως* modus, per *εἰ* condicio significetur. Verba autem, quae delenda esse puto, ad *οὕτως* pro glossemate adscripta fuisse videntur.

Pag. 1075,24 *ὅτι Γναῖος ὁ στρατηγὸς τῶν Ῥωμαίων* et v. 27 *ἔπεμψε πρὸς Γναῖον πρέσβεις καὶ παρεκάλει τὸν Γναῖον τὸν τῶν Ῥωμαίων στρατηγὸν* cet. N. Verba *τὸν τῶν Ῥωμαίων στρατηγὸν* ab excerptore addita esse videntur.

Pag. 1349,18 *οἵ καὶ συνηγμένων τῶν Ἀχαιῶν εἰς Κόρινθον, κατὰ τύχην ἐλθόντες εἰς τοῦτον τὸν καιρὸν καὶ παραχθέντες εἰς τὰ πλήθη, διετίθεντο πολλοὺς οὗτοι καὶ φιλανθρώπους λόγους* cet. NU. Sed *οὗτοι* delendum esse videtur, cum talis repetitio subiecti in sententia relativa inaudita sit.

Dubitanter postremo loco

Pag. 49,26 proferam *συμπεσὼν ἐκ πλαγίου κατὰ κέρας τεταραγμένοις τοῖς πολεμίοις* AR, ubi verba *κατὰ κέρας* glossema ad *ἐκ πλαγίου* esse videntur.

VI.

Venio nunc ad alias quasdam archetypi proprietates. Hultschius Fleckeis. ann. 1867 pag. 292 suspicatus est numerum litterarum in singulis archetypi versibus circiter eundem fuisse atque in codice Vaticano A, id est viginti circiter litterarum. (Conf. 155,3 *εἰς|τοὺς λακεδαιμονίους προ·|λαβόντες* A pro *εἰ τοὺς λακεδαιμονίους προσλαβόντεις).*

Quam coniecturam permultis argumentis probatam inveni, quorum haec tantum afferam:

Pag. 469,12 *περιδεεῖς ἦσαν, ἅμα δὲ καὶ περὶ τῆς ἀντιπέρα παρεμβολῆς ὑπὸ τὴν ὄψιν οὔσης* AR, *περὶ* ex *περιδεεῖς*, quod eundem versus antecedentis locum obtinebat, repetitum delevit Ursinus.

Pag. 509,25 *τὸν δὲ|προειρημένον τρόπον αἱ|φάλαγγες* AFR, *δὲ* post *αἱ* i. e. uno archetypi versu intermisso transposuit Bekkerus.

Pag. 754,24 *καὶ* ex priore *καί*, quod eundem versus antecedentis locum obtinebat, repetitum delevit Hultschius.

Pag. 795,26 *ἐπιβάλλει* Reiskius, *ἐπὶβαλεῖν* FS idque non hoc loco, sed post *ἀρχὰς* versus spatio a suo loco motum.

Pag. 821,18 *αὐτὸν*, quod ex *αὐτὴν* repetitum esse videtur, delevit Bekkerus.

Pag. 831,11 *μίαν* repetitum ex *μιᾶς* del. Casaubonus.

Pag. 854,23 *κατα* repetitum ex priore *κατὰ* delevit Bekkerus.

Pag. 927,14 *ἐπείρασεν* Dindorfius pro *ἐνεπείρασεν*, quod ex sequenti *ἐναπέθανε* ortum est.

Pag. 973,19 *μὴ βουλόμενος δὲ τοῖς ἄλλοις μὴ δοκεῖν* FS, *μὴ* alterum delevit Dindorfius.

Pag. 1187,21 *αἰτίαν* Geelius pro *ὁρμὴν* repetitum ex versu superiori.

In archetypo, quem multis mendis laborasse vidimus, praecipue nomina propria atque praepositiones corrupta fuisse his ex locis elucet:

19,29 *Μαμίλιος* Xylander pro *αἰμίλιος* AR.
36,29 *Λεύκιος* Scaliger pro *γᾶιος* AR.
66,22 *αἴτνης* margo CDE, *ἐ|κτης* A.
132,21 *κα|λούσιον* AF^sR, *Κλούσιον* Casaubonus.
162,18 *εὐσεβίας* AR pro *Εὐβοίας*.
228,25 *ἀπὸ Πισῶν* Casaubonus pro *ἀποπεσὼν* AR.
319,21 *Μακεδονίας* Gronovius pro *λακεδαιμονίας* AR, conf. 353,9, 694,2.
390,2 *Στρατικὴν* Ursinus pro *στρατηγικὴν* AR.
405,8 *Ἀρκαδίας* Palmerius pro *ἀχαΐας* AR.
697,24 *Αἰτωλοῖς* Casaubonus pro *ἐν πολλοῖς* F.
901,6 *Ῥωμαίων* Ursinus pro *καρχηδονίων* F.
944,20 *Μεσσήνης* Hultschius, *μόνον* P.
1059,17 *Κιλικίας* Ursinus pro *ἡλικίας* OU.
1098,16 *Πόπλιος* Ursinus pro *τὸ πλῆθος* OU.
1281,18 *πρὸς τὸν Ἀριαράθην* Hultschius, *τὸν ἀριθμὸν* OU.
1348,13 *Ἀχαιοὺς* Ursinus pro *καρχηδονίους* N(U).

72,32 *μετειλήφεσαν* Schweigh. pro *κατειλήφεσαν* AR.
98,32 *περὶ* Reiskius pro *ἐπὶ* AR.
111,1 *ἐπεβάλοντο* Scaliger pro *ὑπεβάλοντο* AR.
261,10 *ὑπὸ* Scaliger pro *ἀπὸ* AR.
352,17 *περίθεσιν* AMB pro *παράθεσιν* R.
389,12 *προπίπτει* Gronovius pro *προσπίπτει* AR.
752,23 *παρατάττειν* Scaliger pro *πράττειν* F.
841,14 *ἀντὶ* Geelius pro *κατὰ* M.
909,4 *προσίεσθαι* Ursinus pro *προΐεσθαι* PFS.
982,31 *καίπερ* Bernhardyus pro *καὶ πρὸς* PFS Suid.
1069,6 *ἐπὶ* Ursinus, *ὑπὸ* O etc.

In fine huius capitis eae proferantur singularum litterarum corruptelae, quae tam saepe in codicibus inveniuntur, ut ex archetypi proprietate explicandae sint:

Litterae *Λ* et *Δ* confunduntur: 100,8 *ἐκδέξασθαι* AR pro *ἐκλέξασθαι*, 266,27, 403,24, 607,19, 719,18, 761,7, 856,3, 927,8, 1066,7, 1324,12.

Litterae *Α* et *Λ* confunduntur 71,5 *αὐτάτιον* AR, correxit Ursinus *Λυτάτιον*, 378,21, 434,17, 534,4, 755,10.

Ψ et *Τ* confunduntur 1356,17 *ψυχῆς* M pro *τύχης*, 5,7 (B), 181,21, 185,23, 195,12, 629,15, 1008,26.

ι et *τ* confusa sunt 507,4 *επικάμπτω* A pro *ἐπικαμπίῳ*, 878,23, 1062,4, 1185,15.

τ et *γ* persaepe confusa sunt, ut 123,21 *τονομάνοι* AFR pro *Γονομάνοι*, 140,6, 320,25, 371,16, 382,11, 386,9, 531,1, 565,11, 714,10, 725,10, 785,14, 807,21, 812,18, 871,12, 984,4, 1116,23, 1206,22. Atque 759,4 *ἐπί τε ταύτην κατενεχθῆναι τὴν διάληψιν καὶ ὀνομασίαν* videtur *γε* pro *τε* corrigendum esse. De *γε* post praepositiones posito conf. 815,5, 940,29, 1054,21, 1064,19.

Quae corruptelae omnes ex similitudine litterarum ortae esse videntur.

Coniectanea.

Pag. 227,9 *οἱ Βοῖοι καλούμενοι Γαλάται, πάλαι μὲν οἷον λοχῶντες τὴν πρὸς Ῥωμαίους φιλίαν, οὐκ ἔχοντες δὲ τότε καιρὸν, μετεωριζόμενοι* · · · *ἀπέστησαν ἀπὸ Ῥωμαίων* AR. Quae verba iam Reiskium offenderunt, qui *οὐ* delere voluit. Sed sine *οὐ* Polybius certe scripsisset *τότε δ' ἔχοντες καιρὸν.*

Recte vero Reiskius sensisse videtur *τότε* ad *πάλαι,* quod autecedit, referri non posse. Ego quidem conieci *οὐκ ἔχοντες δ' εἰς τότε,* quod congruit cum eis, quae sequuntur. Illo enim tempore *(τότε)* Boii occasionem ad deficiendum habuere. Rohde scribere vult: *οὐκ ἔχοντες δὲ καιρὸν, τότε μετεωριζόμενοι.*

Pag. 276,4 *μάλιστα δὲ καὶ τὸν ἕτερον ὕπατον προσλαβεῖν καὶ πᾶσιν ἐπὶ ταὐτὸ τοῖς στρατοπέδοις ὁμοῦ ποιήσασθαι τὸν κίνδυνον* AR. *ἐπὶ ταὐτὸ* cum *ποιήσασθαι τὸν κίνδυνον* coniungi non potest, cum verborum collocatio obstet. Itaque veri simile est post *ταὐτό* aliquid excidisse, ut *συνηθροισμένοις.* Iam Reiskius *συνιοῦσι* vel simile quid scribendum esse coniecerat.

Ad Pag. 319,12 *ἀναμνήσαντες διὰ βραχέων τοὺς ἐντυγχάνοντας τῇ πραγματείᾳ τῆς κατασκευῆς* cet. AR adnotavit Schweighaeuser: poterat *προκατασκευῆς* dicere, ut saepius alias, sed et illud fortasse satis erat.

Atque *προκατασκευή* simili ratione usurpatum invenimus his locis: 4,28, 14,21, 15,5, 118,27, 123,2, 145,31, 146,7, 183,29, 320,10.

Imprimis vero ex 146,15, ubi legimus: *δέον ἂν εἴη καὶ πρὸ τῆς κατασκευῆς ἐπὶ βραχὺ τῶν ἐπιφανεστάτων*

καὶ γνωριζομένων ἐθνῶν καὶ τόπων ἐφάψασθαι τῆς οἰκουμένης concludi posse videtur hoc loco, ubi de expositione agitur, *προκατασκευῆς* corrigendum esse.

Sed obstat 14,31 et 213,15 (ubi *παρασκευῇ* legimus). Qua de causa *προκατασκευή* omnibus locis corrigere audacius esse videtur.

Pag. 371,18 *ἀφ' Ἑλλησπόντου γὰρ φερόμενον εἰς Καλχηδόνα χρήσασθαι τῷ παρὰ τὴν Εὐρώπην πλῷ κἄπειτα · · · προστρέχειν πρὸς τὴν Καλχηδόνα διὰ τὸν ῥοῦν καὶ τὰ προειρημένα δυσχερὲς* AFR. Quid *καὶ τὰ προειρημένα* significet, non intellegitur, cum antea de illo *ῥοῦς* tantum agatur.

Conf. 371,3 *ἐκ Καλχηδόνος γὰρ οἱ βουλόμενοι διαίρειν εἰς Βυζάντιον οὐ δύνανται πλεῖν κατ' εὐθεῖαν διὰ τὸν μεταξὺ ῥοῦν* cet. Quod vero versu 18 legimus *διὰ τὸ κολπώδη τὸν παράπλουν ὑπάρχειν καὶ προτείνειν πολὺ τὴν τῶν Κυζικηνῶν χώραν* ad hunc locum non est referendum, quo agitur de cursu Byzantio Chalcedona tenendo.

Qua de causa scribendum esse censeo *κατὰ τὰ προειρημένα,* quod ad pag. 370, paragr. 8 et 9 spectat. Quae verba quamquam mirum habent locum post *διὰ τὸν ῥοῦν,* tamen non est offendendum in Polybio, qui pag. 133,25 scribere potuit *παρῆν βοηθῶν καὶ κατὰ σπουδὴν εὐτυχῶς εἰς δέοντα καιρόν.*

De *κατά* talem in modum adhibito conf. 40,20 *κατ' αὐτὸ μὲν τοῦτο ξενιζόμενοι.* 41,23 *κατὰ τὰ παρ' αὐτοῖς ἔθη.* 393,23 *κατὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς ἐπαγγελίαν.*

Pag. 383,25 *οἱ δὲ παρεισπεσόντες ἀπερινοήτως λαμπρῶς ἐχρήσαντο τοῖς πράγμασιν* AR. Vocabulum *λαμπρῶς* corruptum esse iam Reiskius intellexit, qui *λαμυρῶς* coniecit. Quod cum nusquam a Polybio usurpatum sit, ex coniectura in contextum inferre audacius esse videtur. *λαμπρῶς* autem, quod saepe apud Polybium legimus, nusquam simili ratione adhibitum videmus. Atque exspectatur adverbium aliquod „inconsiderate“ vel simile quid significans, ut ex versu 28 concludi

potest: *ὑπολαμβάνοντες γὰρ τοῦτο τέλος εἶναι τοῦ κατασχεῖν ἀλλοτρίαν πόλιν, τὸ γενέσθαι τῶν πυλώνων ἐντός, τοῦτον τὸν τρόπον ἐχρῶντο τοῖς πράγμασι.*

Fortasse *ἀβούλως* vel *ἀλόγως* scribendum est, conf. 12,21 *νομίσαντες αὐτὸν ἀβούλως, ἅμα δ' ἀνάνδρως προέσθαι τὴν ἀκρόπολιν.* 63,2 *ὡς εἰκῇ καὶ ἀλογίστως τοῖς πράγμασι κεχρημένος.*

Pag. 398,6 *οἱ δὲ κατὰ τὸν Εὐριπίδαν καὶ πάντες οἱ κατὰ τὴν πόλιν* AR. Sed Polybius semper dicit *οἱ περί τινα,* conf. 407,26, 417,20, 419,10, 422,2, 449,27. Neque tuentur traditam lectionem 114,6 *τῶν Ἀχαϊκῶν νεῶν αἱ κατὰ τούτους ταχθεῖσαι.* 797,9 *τὸ δὲ μέσον τὸ κατὰ τοὺς Λίβυας.*

Hoc loco eo magis *περὶ* corrigendum est, quod *κατὰ* ex sequenti archetypi versu facillime in hunc locum transferri potuit.

Pag. 420,7 *αὐτὸς δ' ἔτι πρότερον γεγραφὼς τοῖς Μεσσηνίοις καὶ τοῖς Ἠπειρώταις, ἔτι δὲ τοῖς Ἀκαρνᾶσι καὶ Σκερδιλαΐδᾳ πληροῦν ἑκάστοις τὰ παρ' αὐτοῖς πλοῖα καὶ συναντᾶν εἰς Κεφαλληνίαν* AR.

Corrigendum est *ἑκάστους,* conf. 874,15 *παρήγγειλε δειπνοποιησαμένους καθ' ὥραν ἐξάγειν τὰ στρατόπεδα.* 770,18 *παρήγγειλε · · · παρεμβαλεῖν καὶ λαμβάνειν ἑκάστους (εκάστου* FS) *τὰς εἰθισμένας τάξεις.*

Pag. 483,21 *διὸ τῶν μὲν ἀπὸ τοῦ ναυτικοῦ τοῖς νεωρίοις, τῶν δὲ περὶ τὸν Ἄρδυν τοῖς προαστείοις προσηρεικότων* AR. Sed alias unum tantum *προάστειον* commemoratur singulari numero adhibitum, ut 482,12 *ἐν τοῖς ἐπιπέδοις τά τ' ἐμπόρια καί τὸ προάστειον κεῖται.* 483,9 *κατὰ τὸ νεώριον καὶ τὸ προάστειον.* 483,12 *τοῦ προαστείου.* 483,19 *τὰ δὲ νεώρια καὶ τὸ προάστειον.* 483,25 *τὸ προάστειον.*

Itaque hoc quoque loco *τῷ προαστείῳ* corrigendum est.

Pag. 573,9 *μετὰ δὲ τὴν στρατοπεδείαν συναθροισθέντες οἱ χιλίαρχοι τοὺς ἐκ τοῦ στρατοπέδου πάντας ἐλευθέρους ὁμοῦ καὶ δούλους ὁρκίζουσι* F.

Fortasse scribendum est *συναθροίσαντες,* quamquam etiam tradita scriptura defendi potest. Conf. 239,11 *συναθροίσαντες* AFB, *συναθροισθέντες* R. Conf. 579,4.

Pag. 579,8 *ὥστε δέκατον μάλιστα γίνεσθαι τῶν ἡμαρτηκότων* F, *δεκάτην* coniecit Bekkerus, sed videtur post *γίνεσθαι* inserendum esse *μέρος*, quo persaepe utitur Polybius, conf. 2,20 *ὃ βραχὺ παντελῶς ἂν φανείη μέρος τῆς προειρημένης χώρας.* 199,24 *τὸ μὲν πλεῖστον αὐτῶν μέρος διεφθάρη.* 658,17 *τὸ δὲ πλεῖον αὐτῶν μέρος . . . διεφθάρη.*

Pag. 590,11 *ἕως μὲν γὰρ τῆς τῶν ἀστυγειτόνων, ἔτι δὲ τῆς Πελοποννησίων αὐτῶν ἀρχῆς ἐφίεντο, συνεξεποιοῦντο ταῖς ἐκ τῆς Λακωνικῆς αὐτῆς ἐπαρκείαις καὶ χορηγίαις, προχείρους μὲν ἔχοντες τὰς τῶν ἐπιτηδείων παρασκευάς, ταχείας δὲ ποιούμενοι τὰς εἰς τὴν οἰκείαν ἐπανόδους καὶ παρακομιδάς* F.

Ad verba *ταχείας δὲ ποιούμενοι τὰς εἰς τὴν οἰκείαν ἐπανόδους καὶ παρακομιδάς* Schweighaeuser adnotavit: veremur, ne non satis recte interpretati simus „vel domum ipsi repetere vel res necessarias advehendas curare," non agitur sane de rebus domo advehendis, nam *εἰς τὴν οἰκείαν* pariter ad *ἐπανόδους* et ad *παρακομιδὴν* refertur; rectius fortasse Casaubonus: quam brevi tempore et domum ipsi repeterent et sua etiam conveherent.

Sed *παρακομιδή* hoc loco, ut persaepe alias, de rebus domo advehendis dictum est, conf. 63,10 *τάς τε σιταρχίας παρακομίζοντα τοῖς τὸ Λιλύβαιον πολιορκοῦσι* cet. 722,25 *ποιεῖσθαι τὴν παρακομιδὴν τῶν ἐκ τῆς χώρας ἀναγκαίων.* 999,3 *αἱ γὰρ τῶν ἐπιτηδείων παρακομιδαὶ κωλυθήσονται.*

Hoc loco *καὶ παρακομιδάς* transponendum esse videtur post *παρασκευάς*, ubi optime quadrat.

Pag. 608,21 *ἐσόμεθα πολέμιοι τοῖς πρὸς Καρχηδονίους πολεμοῦσι, χωρὶς βασιλέων καὶ πόλεων καὶ λιμένων, πρὸς οὓς ἡμῖν εἰσιν ὅρκοι καὶ φιλίαι* F, *πόλεων καὶ ἐθνῶν, πρὸς ἃ* coniecit Dindorfius. Atque v. 24 legimus *χωρὶς βασιλέων καὶ πόλεων καὶ ἐθνῶν, πρὸς οὓς ἡμῖν εἰσιν ὅρκοι καὶ φιλίαι* (ubi *πρὸς ἃ* corrigere voluit Naber) et 609,12 *χωρὶς βασιλέων καὶ πόλεων καὶ ἐθνῶν, πρὸς ἃ ἡμῖν εἰσιν ὅρκοι καὶ φιλίαι.* Eo, quem tractamus, loco certe cum Dindorfio *καὶ ἐθνῶν* scriben-

dum est, sed in πρὸς οὓς collato versu 25 offendendum non esse videtur.

Pag. 639,13 ὅ τε γὰρ Σωσίβιος ἅμα μὲν προεδίδου (προσεδίδου F) τῶν χρημάτων εἰς τὸ μηδὲν ἐλλείπειν εἰς τὰς ἐπιβολάς, πολλὰ δὲ εὖ γενομένων ὑπισχνεῖτο δώσειν F. Pro ἅμα μὲν scripsit Bekkerus (non Hultschius) πολλὰ μέν, quod ad 640,19 referendum est.

Cuius emendationis idcirco mentionem feci, ut eos locos afferrem, quibus Polybium simili figura usum esse videmus: 343,22 θεωροῦντες μὲν · · ·, θεωροῦντες δέ. 420,26 ἵνα παρασκευάσῃ μὲν αὑτῷ, παρασκευάσῃ δὲ τοῖς συμμάχοις. 554,17 αὐτοκράτορα μὲν ἐχόντων δύναμιν · · ·, αὐτοκράτορα δὲ τὴν ἐν τοῖς ὑπαίθροις ἐξουσίαν. 694,18 κατέφθειρε μὲν · · ·, κατέφθειρε δέ. 754,6 ἄλλως μὲν ὑπέλαβον δεῖν κτᾶσθαι τὰς ἀρχάς, ἄλλως δὲ τηρεῖν. 754,20 ἐλύπει μὲν · · ·, ἐλύπει δέ. 759,10 κατεστρέψατο μὲν · · ·, κατεστρέψατο δέ. 780,9 κακῶς μὲν πρὸ τοῦ, κακῶς δὲ τότε χρώμενος τῷ θυμῷ. 798,28 δυσχερὲς μὲν · · ·, δυσχερὲς δέ. 1353,19 κεχρημένους μὲν · · ·, κεχρημένους γε μήν. 1364,27 διαφέροιτο μὲν · · ·, διαφέροιτο δέ.

Pag. 680,3 καὶ μὴν οὐδὲν πρὸς τὸν δέοντα καιρὸν ἐξικέσθαι δυνατὸν ἄνευ τῆς τούτων ἐμπειρίας F.

οὐδὲν non habet, quocum coniungatur, qua de causa iam Scaliger οὐδενὸς coniecisse videtur. Fortasse scribendum est καὶ μὴν οὐδέ. Eis enim, quae praecedunt, dictum est eum, qui geometria et astrologia non sit instructus, non posse (ut Schweighaeuser vertit) itineris uno die aut una nocte conficiendi ita rationem finire, ut a proposito non aberret. Deinde aptissime pergitur per καὶ μὴν οὐδὲ πρὸς τὸν δέοντα καιρὸν ἐξικέσθαι δυνατόν.

Conf. 147,21 καὶ μὴν οὐδὲ τῶν τῆς ἀνδραγαθίας πρωτείων οὐδενὶ τῶν Ἑλλήνων οἷοί τ' εἰσὶν οὐδέποτε παραχωρεῖν οἱ προειρημένοι.

Pag. 681,14 ποτὲ δὲ πάλιν ἐκ τῶν περὶ τὰς δύσεις, καὶ ὑπαρχούσης καὶ περὶ τοῦτο τὸ μέρος ἐννοίας cet. F, προϋπαρχούσης coni. Casaubonus, καθυπαρχούσης Bothius

sequente Hultschio. Sed verbum *καθυπάρχειν*, quod nusquam apud Polybium invenitur, ex coniectura in contextum inferre audacius esse videtur. Fortasse in archetypo post *δύσεις* superscriptum erat *καιρ* i. e. *καιρῶν*, unde *καὶ* ortum est.

Pag. 688,15 *ὁμοίως δὲ καὶ κατὰ τὴν Ἑλλάδα καὶ τὴν Ἰλλυρίδα* P. Sed scribendum esse videtur *καὶ τὰ κατὰ* cet. Conf. vers. 8, vers. 9, vers. 13. Animo enim supplendum est *ἔπραττε*.

Pag. 703,24 *ἐπὶ δὲ τὸ συνέχον, ὥς οὗτοί φασιν, ἐπάνιμεν. τοῦτο δ' ἦν, εἰ μὲν ὅμοι' ἐστὶ τὰ πράγματα νῦν καὶ καθ' οὓς καιροὺς ἐποιεῖσθε τὴν πρός τούτους συμμαχίαν, διότι δεῖ μένειν καὶ τὴν ὑμετέραν αἵρεσιν ἐπὶ τῶν ὑποκειμένων· ταῦτα γὰρ ἐν ἀρχαῖς εἶναι· εἰ δ'* cet. (F.) Verba *ταῦτα γὰρ ἐν ἀρχαῖς εἶναι*, quae intellegi non possunt, certe corrupta sunt. Itaque Hultschius *ἦν* coniecit. Sed ne sic quidem probabilis fit sententia. Verba enim, quae praecedunt, ad initium Lycisci orationis pertinent, qui Chlaeneae orationi (conf. cap. 31, § 6) respondens dixerat 699,2 *εἰ μὲν μηδὲν ἐπιγέγονε κατὰ τὸν τούτου λόγον ··· ὁμολογῶ πάντων εὐηθέστατος ὑπάρχειν* cet. Qua de causa in *εἶναι* verbum aliquod, ut *εἶπον* vel *διηγησάμην* vel etiam plura latere conieci, conf. 352,26 *περὶ ἧς ἐν ἀρχαῖς ἐνεδειξάμεθα*. Similiter 622,11, 957,13, 998,6 *ὡς ἐν ἀρχαῖς εἶπα*.

Pag. 720,20 *καὶ ταύτην ἔχων τὴν ἐπιβολὴν καὶ τὴν ἡλικίαν, ἣν ἀρτίως εἶπα* F.

Sed *ἐπιβολή* et *ἡλικία* vocabula sunt ita disparata, ut per *καί* coniungi nequeant. Itaque *κατὰ τὴν ἡλικίαν* scribendum est. Conf. 105,2 *ὄντα τότε κατὰ τὴν ἡλικίαν ἐτῶν ἐννέα*.

Pag. 736,27 *δῆλον ὡς ἐν τῇ νῦν ἐξηγήσει πρέπον ἂν εἴη τῆς μὲν νεωτερικῆς ἀγωγῆς καὶ τῶν νεωτερικῶν ζήλων κατὰ μέρος ἀφελεῖν, τοῖς δὲ κατὰ τὴν ἀκμὴν αὐτοῦ κεφαλαιωδῶς ἐκεῖ δεδηλωμένοις ἔργοις προσθεῖναι καὶ κατὰ μέρος* P.

Reiskius exponit: „*κατὰ μέρος* ··· *κατὰ μέρος* idem est atque *ἐν μέρει*, modo modo, ex hac parte et rursus

ex illa, velut per compensationem." Sed nusquam tali modo *κατὰ μέρος* · · · *κατὰ μέρος* adhibitum videmus apud Polybium. Vocabulum *κεφαλαιωδῶς* autem, quo modo recte hunc locum intellegamus, indicare videtur, cum opposita sint ea, quae summatim Polybius disseruit, atque singularia. De Philopoemene enim cum Polybius tres libros separatim scripserit, iuventutem illius summatim hoc loco tractat, de eis vero, quae ille virili aetate gessit, fusius nunc loqui vult. Qua de causa scribendum esse conicio *τὰ κατὰ μέρος ἀφελεῖν* et *προσθεῖναι καὶ τὰ κατὰ μέρος*. Conf. 845,22, 846,6, 1165,17 (*τὰ μὲν ἀφαιροῦν, τὰ δὲ προστιθέν*).

Pag. 765,1 pro *ἔσται* scribendum est *ἔσεσθαι*, cum toto hoc capite oratio indirecta adhibita sit pendens a *φησὶ γὰρ* 763,19.

Pag. 786,22 *τοὺς μὲν κατὰ κέρας ὑπεραίρειν, τοῖς δὲ κατὰ πρόσωπον ἄγειν* F, *τοὺς δὲ* coniecit Casaubonus.

Atque *τοῖς δὲ* ex *κατὰ πρόσωπον* pendere non potest, cui respondet antecedens *κατὰ κέρας*. Fortasse pro *ἄγειν* scribendum est *ἐπάγειν*. Conf. 833,16 *τοὺς ἀπὸ τοῦ δεξιοῦ κέρατος ἱππεῖς ἐπαγαγόντας ἐμβαλεῖν τοῖς περὶ τὸν Ἀλέξανδρον*.

Pag. 835,4 *τί δ' ἀνετοιμότερον φάλαγγος ἐν μετώπῳ διαλελυμένης καὶ διεσταμένης;* F.

διέσταμαι nusquam simili ratione adhibitum videmus. Atque sequitur v. 6 *διαλελυμένην ἐν μετώπῳ καὶ διεσπασμένην δύναμιν*. Fortasse hoc quoque loco *διεσπασμένης* legendum est, ut omnino Polybius repetitionem eorundem verborum non spernit, conf. 247,6 *οὐ διερριμένην οὐδ' ἐν παρέργῳ ποιήσασθαι τὴν περὶ αὐτῶν μνήμην* et versu 30 *ῥητέον δέ τι* · · · *οὐκ ἐκ παρέργου καὶ διερριμένως*.

Pag. 839,13 *τῆς θυρίδος διαμενούσης περὶ τὰς συνωμίας, δι' ἧς συνέβαινε καθίεσθαι τοὺς ἐπὶ τὴν τιμωρίαν* P. Cum *τοὺς ἐπὶ τὴν τιμωρίαν* mire dictum sit, post *τὴν τιμωρίαν* aliquid excidisse videtur, ut *ἀγομένους* vel simile quid, quamquam exemplis hanc coniecturam fulcire non possum.

Pag. 843,23 *προσφέρονται δὲ πρὸς τὴν ἐπιβολὴν οἱ μὲν πλεῖστοι τῶν γραφόντων ἁπλῶς δίκαιον οὐδὲν πλὴν εὐχέρειαν καὶ τόλμαν καὶ ῥᾳδιουργίαν M.* Loquitur Polybius de Timaeo atque omnino de eis, qui leviter historiam tractent, quos afferre dicit *δίκαιον οὐδὲν πλὴν* cet. Sed *εὐχέρειαν* et *τόλμαν* et *ῥᾳδιουργίαν* inter *τὰ δίκαια* Polybium numerare vix credibile est. Conf. 843,13 *ὑπὸ τῆς στωμυλίας καὶ τόλμης.* 867,13 *τῶν ἐκ τῆς ῥᾳδιουργίας λυσιτελῶν* (ubi de latronibus etc. agitur). 863,21 *πρὸς ἀπόνοιαν καὶ ῥᾳδιουργίαν.* 945,27 *ὥστε πάλιν ἀνυπέρβλητον εἶναι τὴν εὐχέρειαν καὶ τὴν ἀπειρίαν τοῦ συγγραφέως.* 353,18 *τὸ τῶν ῥᾳδιουργῶν καὶ κλεπτῶν φῦλον.*

Deinde offendit, quod primum *ἁπλῶς οὐδὲν* i. e. plane nihil eos afferre dicit, deinde tria addit, quae aliis locis pro vitiis usurpat. Neque vero *οὐδὲν πλὴν* in media sententia aliud significare potest quam „nihil nisi."

Quibus de causis *πολλὴν δ' εὐχέρειαν* conieci, vocabulum *πλὴν* ex compendiaria scriptura ortum esse existumans. Conf. 300,17 *πλύνοντα* AR pro *πολὺν ὄντα.*

Acerrime autem Polybium de Timaeo iudicare ex his locis elucet: 810,32 *ὥσπερ ἐπίτηδες τἀναντία τοῖς κατ' ἀλήθειαν ὑπάρχουσιν ἐξηγεῖται.* 837,8 *διότι καθόλου διέφθαρται τῇ ψυχῇ* cet. 838,22 *ἐν δὲ ταῖς ἰδίαις ἀποφάσεσιν ἐνυπνίων καὶ τεράτων καὶ μύθων ἀπιθάνων καὶ συλλήβδην δεισιδαιμονίας ἀγεννοῦς καὶ τερατείας γυναικώδους ἐστὶ πλήρης.* 839,26 *ὅτι μὲν οὖν ἐστι φιλαπεχθὴς καὶ ψεύστης καὶ τολμηρός.*

De *πολλὴν* conf. 123,25 *πολύν τινα πεποίηνται λόγον καὶ πολλὴν διατίθενται τερατείαν.* 814,13 *ὀψιμαθίαν δοκεῖ μοι πολλὴν ἐπιφαίνειν.* 838,21 *πολλὴν ἐπιφαίνει δεινότητα καὶ τόλμαν.*

Pag. 856,13 *λοιπὸν κατακείμενον ἐρευνᾶν δεῖ (δὴ M) τὸ ζητούμενον καὶ συγκρίνειν τὰς τῶν προγεγονότων συγγραφέων ἀγνοίας ἄνευ πάσης κακοπαθείας* MF. In *ἀγνοίας* Hultschius recte offendit; nam hoc loco omnino non quaeritur, utrum vera an falsa veteres scriptores

protulerint. Fortasse *γνώμας* legendum est, quamquam exemplis hanc scripturam fulcire non possum.

Pag. 862,3 *τοῖς δὲ ἐπί τινος ἡγεμονίας μετα ταῦτα τεταγμένοις* P Suid, *μετ' αὐτὸν* coniecit Schweighaeuser. Sed *μετά τινα τάττεσθαι,* quantum ego sciam, Polybius non scripsit. Fortasse legendum est *ὑπ' αὐτόν,* conf. 488,14 *περὶ τοὺς ὑφ' αὐτὸν ταττομένους.* 896,21.

Pag. 873,29 *γενομένης δὲ τῆς ἀπορρήσεως ταύτης ἅπαν τὸ γινόμενον ἀνεπίληπτον ἕξειν ὑπέλαβε τὴν προαίρεσιν* (F). Sed non *τὸ γινόμενον,* sed Scipio *τὴν προαίρεσιν* i. e. consilium habere videtur. Itaque fortasse scribendum est *πρὸς πᾶν τὸ γινόμενον* cet. Conf. 1325,7 *πρὸς πᾶν τὸ παραγγελλόμενον ἕτοιμοι πάντες εἰσίν,* quamquam certi nihil inde efficitur.

Pag. 913,19 *προσέκειτο γὰρ αὐτῷ πάντας τοὺς ἐπιφανεῖς ἄνδρας ἐκποδὼν ποιῆσαι* Q. Verbo *προσκεῖσθαι* non utitur Polybius nisi notione: adiectum esse, deinde: urgere, premere, instare. Conf. 12,24 *ἐνεργῶς προσέκειντο τῇ Μεσσήνῃ.* 203,10 *ἐνεργῶς προσέκειτο τῇ πολιορκίᾳ.* 953,11 *προσκειμένους ταῖς φυλακαῖς.* 999,20 pro *προκειμένους* FS recte correxerunt *προσκειμένους* *ΗΣ.*

Hoc loco *προέκειτο* scribendum est, nam haec est sententia huius loci: Agathocles omnes viros nobiles removendos esse decreverat.

Conf. 262,20 *προέκειτο μὲν οὖν αὐτῷ κατὰ τὴν ἰδίαν γνώμην χρῆσθαι τοῖς παροῦσι.* 1158,29 *ἦν γὰρ τὸ προκείμενον αὐτοῖς* · · · *ἀλλοτριοῦν τὸν δῆμον.*

Pag. 915,17 · · · *οὐκ ἀπήλπιζε, νομίζων καὶ κατὰ τὴν ἰδίαν μὲν κρίσιν αὐτὸς ἀξιχρεώτερος ὑπάρχειν Ἀγαθοκλέους πρὸς πᾶν ἔτι μᾶλλον, πυνθανόμενος δὲ καὶ τὰς ὑφ' ἑαυτὸν ταττομένας δυνάμεις* · · · *ἐπ' ἐκείνῳ τὰς ἐλπίδας ἔχειν* Q.

Pro *ἔτι μᾶλλον,* quod Hultschius quoque corruptum esse censet, coniecit *ἐπιβάλλον* Federus (debuit *τοὐπιβάλλον,* ut Hultschius adnotat).

Ego quidem sic scribendum esse censeo: *νομίζων* · · · *ἀξιοχρεώτερος ὑπάρχειν Ἀγαθοκλέους πρὸς πᾶν, ἔτι δὲ μᾶλλον πυνθανόμενος* cet. Opposita enim sunt

κατὰ τὴν ἰδίαν μὲν κρίσιν et *ἔτι δὲ μᾶλλον πυνθανόμενος.* Conf. 95,26 *ἃ δὴ τότε συνέβαινε καὶ περὶ μὲν τὸ σύστημα τῶν μισθοφόρων, ἔτι δὲ μᾶλλον περὶ τοὺς ἡγεμόνας αὐτῶν ὑπάρχειν.* Similiter 712,9, 716,24, 806,7.

De *πρὸς πᾶν* conf. 931,29 *δυσκίνητος ἦν πρὸς πᾶν.* 1222,25 *ἕτοιμοι πρὸς πᾶν ἦσαν.*

Pag. 942,23 *δῆλον δ' ἔστι τὸ λεγόμενον ἐκ τῶν ἐνεστώτων* P. Corrigendum esse videtur secundum constantem Polybii usum *δῆλον δ' ἔσται,* conf. 713,1 *ὅτι δέ ἐστιν ὑγιὲς τὸ νυνὶ λεγόμενον · · ·, δῆλον ἔσται* (*ἔστε* P) *διὰ τῆς ἡμετέρας ἐξηγήσεως.* 979,12 *ἐξ αὐτῶν τῶν ἐνεστώτων ῥᾳδίως ἔσται τὸ λεγόμενον κατανοεῖν.* 1363,23 *τοῦτο δ' ἔσται δῆλον ἐξ αὐτῶν τῶν ἐνεστώτων.*

Pag. 1114,1 *οἱ μὲν γὰρ περὶ λύσιν ἥκοντες τῶν ἀρχαίων φυγάδων ἐπρέσβευον* OU. Pro *λύσιν* nomen proprium *Λῦσιν* recte scripserunt editores. Sed genitivus *τῶν ἀρχαίων φυγάδων,* qui ex *λύσιν* pendere videbatur, tolerari non potest, si nomen proprium restituimus. Qua de causa scribendum esse censeo *οἱ μὲν γὰρ περὶ Λῦσιν ἥκοντες* (quae verba subiecti locum tenent) *ὑπὲρ τῶν ἀρχαίων φυγάδων ἐπρέσβευον* (quod iam Reiskius suspicatus erat).

Conf. v. 6 *Σήριππος δ' ἐπρέσβευε περὶ τοῦ μένειν τὴν ὑποκειμένην κατάστασιν.* 1119,10 *ἧκον δὲ καὶ Ῥόδιοι πρεσβεύοντες ὑπὲρ τῆς Σινωπέων ἀτυχίας.*

Pag. 1186,7 *τὴν μὲν οὖν αἰτίαν τῶν συμβεβηκότων πάντες ἔφερον ἐπὶ τοὺς περὶ Εὔλαῖον* OU, *ἀνέφερον* Ursinus, *ἐπέφερον* corrigere vult Hultschius. Atque 1187,16 legimus *καὶ μηδενὶ τὴν αἰτίαν ἐπιφέρειν.* Sed eadem pagina v. 21 *τὴν αἰτίαν ἐπὶ τὸν σπάδωνα καὶ τὴν τούτου συντροφίαν ἀναφέροι.* Semper autem *ἐπιφέρειν τινί τι,* sed *ἀναφέρειν τι ἐπί* vel *εἴς τινα* Polybius dixisse videtur. Conf. 188,24 *διὰ τὸ πολλοῖς μὲν · · · τὰς μεγίστας ἐπενηνοχέναι συμφοράς.* 190,11 *τῆς ἐπενεχθείσης αὐτοῖς διαβολῆς.* 275,5 *δειλία · · · αὐτοῖς ὄνειδος ἐπιφέρει τοῖς ἔχουσι.*

386,20 *τὸ μὲν πλεῖστον τῆς αἰτίας ἐπὶ τὸν στρατηγὸν ἄν τις ἀναφέροι.*

613,14 *δεῖν τούτων τὴν αἰτίαν οὐχ οὕτως ἐπὶ τὸν βασιλέα ··· ὡς ἐπὶ τοὺς συνόντας αὐτῷ φίλους ἀναφέρειν.* 717,3 *εἰς θεοὺς καὶ τύχας ἀναφέρουσι τὰς αἰτίας.*

Itaque hoc loco non *ἐπέφερον,* sed *ἀνέφερον* cum Ursino scribendum est.

Pag. 1203,20 *Ὅτι Εὐμένης ὁ βασιλεὺς τῆς Περσέως καὶ Ῥωμαίων μάχης συντετελεσμένες εἰς παράλογον ἐπέπεσε διάθεσιν M.*

Sed cum nusquam *ἐπιπίπτειν εἴς τινα διάθεσιν,* sed *ἐμπίπτειν* Polybius dicat, hoc quoque loco *ἐνέπεσε* scribendum est.

Conf. 38,15 *ἐνεπεπτώκεισαν εἰς δυσχερῆ διάθεσιν.* 151,12 *εἰς τοιαύτην διαφορὰν καὶ καχεξίαν ἐνέπεσον.* 793,9 *εἰς πολλὴν ἀπορίαν ἐνέπιπτε.* 912,25 *εἰς τοιαύτην παράστασιν ἐνέπιπτον.* 1221,26 *(εἰς) παραπλησίους ἐμπίπτοντας καιρούς.* 1297,4 *ἐμπεσόντες εἰς τοιαύτην διάθεσιν.*

Pag. 1228,27 *ἐπείχετο δὲ καὶ κατὰ τοὺς Ἀθηναίους: ἐπίσχετο* O, quod iam nonnullos offendit. Atque Reiskius putavit *ἐπεῖχε* legendum esse notione activa; irasci alicui et odium claudestinum fovere esse *ἐπέχειν τινί,* non *ἐπέχεσθαι.*

Schweighaeuser suspicatur verba *ἐπείχετο δὲ καὶ κατὰ τοὺς Ἀθηναίους* haec fere significare: verum etiam erga Athenienses continuit se senatus, id est, non nimis promptum se demonstravit, studium suum et benevolentiam, qua aliorum populorum legatos est prosecutus continuit temperavitque.

Fortasse vero legendum est *ἐπείχετο δὲ καὶ τὰ κατὰ τοὺς Ἀθηναίους* notione passiva, id est Atheniensium quoque res differebantur, ut antea de Rhodiis dictum est *τούτους δὲ παρέπεμπε ποικίλας ἐμφάσεις ποιοῦσα περὶ τοῦ μέλλοντος.*

Conf. 347,2 *ἐπισχεῖν τὴν παρουσίαν* i. e. inhibere, differre adventum.

Pag. 1258,24 *συνέβαινε τοὺς Κυρηναίους στρατοπεδεύειν ὄντας εἰς ὀκτακισχιλίους, ἱππεῖς δὲ περὶ πεντακοσίους* O.

Primo universum Cyrenensium et peditum et equitum, deinde equitum numerum Polybium commemorare

veri simile non est. Immo primo numero pedites significati esse videntur, ut etiam Schweighaeuser vertit: pedites ad octo milia, equites ad quingentos.

Qua de causa post *ὄντας* fortasse *πεζοὺς μὲν* inserendum est.

Pag. 1260,13 traditum est in codice Monacensi *οὐ πολλοῖς ἀνώτερον χρόνοις τῶν ἀλεγομένων καιρῶν*. Pro *ἀλεγομένων*, quod plane falsum est, scripserunt editores *λεγομένων*. Sed in *a* aliquid latere videtur. Semper enim dicit Polybius *οἱ νῦν λεγόμενοι καιροί*, conf. 8,13 *οἱ πολλοῖς ἀνώτερον χρόνοις τῶν νῦν λεγομένων καιρῶν* 1261,2 *κατὰ τοὺς νῦν λεγομένους καιρούς*. Item 1269,16, 1289,9, 1359,28.

Itaque hoc quoque loco *τῶν νῦν λεγομένων καιρῶν* corrigendum est.

Pag. 1265,5 *τοὺς μὲν γὰρ πλείστους σχεδὸν ἅπαντας ὁ χρόνος ἤδη κατηναλώκει τούς γε δὴ καὶ μνήμης ἀξίους* O. *τοὺς πλείστους σχεδὸν ἅπαντας* ineptam esse scripturam iam Naber sensisse videtur, qui coniecit *σχεδὸν γὰρ ἅπαντας, εἰ δὲ μή γε, τοὺς πλείστους*. Ego quidem pro *πλείστους* leni commutatione facta *λοιποὺς* conicio, quod optime ad totam sententiam quadrat.

Pag. 1285,21 *ἔτι μᾶλλον ἠπίστει τὰ λεγόμενα περὶ τοῦ Προυσίου* OU. Sed in eis, quae antecedunt, subiectum semper in numero plurali adhibitum est, ut v. 14 *οἱ δὲ ἐν τῇ Ῥώμῃ · · · οὐ προσεῖχον, ἀλλ' ὑπενόουν*.

Itaque hoc loco scribendum est *ἠπιστεῖτο*, conf. 1367,21, ubi recte *ἐξελύετο τῇ ψυχῇ* Valesius scripsit pro *ἐξέλυε τῇ ψυχῇ* P.

729,28 *τῆς γὰρ ἐλπίδος · · · οὐκ ἀπιστουμένης ἀλλήλοις*.

Pag. 1325,1 *καὶ τῶν μὲν ὁμήρων ἐκεῖσε ὑπαρχόντων οἱ στρατηγοὶ κατήχθησαν εἰς τὴν τῆς Ἰτύκης ἄκραν* O, verbum *ὑπαρχόντων* hoc loco per se mirum est, deinde hiatu augetur offensio. Itaque pro *ὑπαρχόντων* scribendum esse videtur *παραχθέντων*.

Conf. 1127,31 *τὴν μὲν οὖν ἄκραν εὐθέως παραλαβὼν ὁ στρατηγὸς τοὺς πελταστὰς εἰς αὐτὴν παρήγαγεν*.

Index locorum.

Pag. ed. Hultsch.	Pag. diss.	Pag. ed. Hultsch.	Pag. diss.
11,18	15	432,2	19
27,25	20	480,15	19
31,24	20	483,21	49
49,26	43	494,24	41
52,10	19	499,30	23
67,25	23	544,8	36
97,19	24	545,1	24
106,9	16	554,10	30
167,2	21	573,9	49
181,25	16	575,8	25
194,5	20	579,5	32
*) 195,21	21	579,8	50
207,7	21	583,31	32
207,28	22	587,11	25
217,6	16	590,15	50
227,11	47	608,22	50
254,27	17	634,5	33
260,27	22	639,13	51
276,5	47	668,20	37
319,13	47	680,3	51
328,21	22	680,10	30
340,7	40	681,14	51
342,1	17	688,11	25
347,21	17	688,16	52
355,14	18	690,30	41
361,22	18	697,21	37
365,2	18	703,25	52
365,13	23	720,20	52
371,22	48	736,28	52
383,26	48	759,4	46
384,17	19	763,16	41
398,6	49	765,1	53
420,9	49	765,13	37

*) non 295, ut falso pag. 21 scriptum est.

Pag. ed. Hultsch.	Pag. diss.	Pag. ed. Hultsch.	Pag. diss.
769,9	37	939,19	28
786,23	53	942,23	56
794,1	26	948,16	42
794,10	38	958,17	28
806,15	30	1008,2	31
812,12	26	1040,11	38
813,23	26	**) 1046,1	43
832,10	36	1061,13	31
835,5	53	1075,24	43
839,14	53	1078,18	34
843,24	54	1090,11	34
*) 844,15	42	1092,8	39
846,4	41	1092,11	28
853,21	33	1114,1	56
856,14	54	1145,13	29
862,3	55	1169,8	29
863,28	30	1186,7	56
865,10	33	1196,16	35
867,3	42	1203,20	57
870,15	27	1204,15	29
873,30	55	1228,27	57
881,8	34	1237,8	39
885,21	30	1253,17	36
894,25	27	1257,14	32
896,24	27	1258,25	57
897,21	27	1260,13	58
913,19	55	1265,5	58
914,1	28	1285,21	58
915,19	55	1317,1	29
918,1	28	1325,1	58
922,16	28	1349,22	43
922,21	34	1361,21	35
923,10	38		

*) non 884, ut falso pag. 42 scriptum est.

**) non 1047,25 ut falso pag. 43 scriptum est.